Universitätsbibliothek Paderborn

# Diaconia S. Agathae in Svbvra

Martinelli, Fioravante

Romae, 1638

urn:nbn:de:hbz:466:1-11177

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

N/11
15

Th. 4938.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DIACONIA
# S. AGATHAE
# IN SVBVRA

*A Florauante Martinello Romano*

DESCRIPTA ET ILLVSTRATA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex Legato Celmi Principis Ferdin: Epi Paderb: et Monaster Aº 1683.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EMINENTISS.MIS PRINCIPIBVS

# FRANCISCO
# ET
# ANTONIO
# BARBERINIS

S. R. E. CARDINALIBVS

Florauantes Martinellus.

QVOD apud eos, qui ſtellarum ſcientiam profitentur, perperam atque ex vano iactatur, ex eo, quo quiſque conceptus, vel ortus eſt ſidere, arcano veluti nexu pendere, ad meum hoc opuſculum, Principes Ampliſsimi, quod veſtrum altero Diaconiam, quæ hic deſcribitur, adminiſtrante conſcriptum

fuit,

*fuit, altero iam eandem obtinente in publicum prodit, proportione quadam, ſine piaculo transferri poteſt. Enimuero Beatæ Agathæ Suburanæ templum, tot prodigijs nobile, tam aperta diuini numinis præſentia non rarò illuſtratum, cælum quaſi quoddam eſſe quis neget? neque vllus omninò ſit, qui inter clariores ex omni antiquitate eius Præſides, hoc eſt, inter lucidiora eiuſdem aſtra, vos in primis non recenſeat. Jllexit me igitur placidiſſimus ſideris alterius fulgor, vt ſcribendi laborem ſubirem: addidit fauſtiſſimum alterius iubar moranti animum, vt, quod diù preſſeram, tandem ederem: conceptum illi fœtus hic debet: iuuit hoc, vt, quem iamdiu parturiebam, denique parerem. Jgitur cum vtriſque obſtrictum ſe penitùs mancipatùmque intelligeret, vt ſe vtrique dicaret & ſiſteret flagrantiſſime contendit. Et videri alicui poteſt audaciæ non ferendæ,*

*dæ, quòd opuſculum tenebris aliòqui dignisſimum, in tanto lumine conſpici geſtierit; verùm quis non facilè ignoſcat, quod ipſa procreationis atque ortus conditione, neceſsitate quaſi quadā imponitur? Equidem quin eò conuolaret, quò naturæ ductu ferebatur, retinere non valui; impuli quinimmo, meritò ratus nihil illi poſſe felicius contingere, quàm ſi næuos ſuos, & maculas gemina veſtra luce velaret.*

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

*Io. Baptiſta Alterius Epiſc. Cam. Viceſg.*

*Imprimatur.*

*Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Pal. Apoſt. Mag.*

# INDEX CAPITVM.

I. *De Subura.* pag. 4.
II. *An Quirinalis S. Agathæ Eccleſia eadem illa ſit, quæ à S. Gregorio in Subura eſt dedicata.* 28.
III. *De locis inſignioribus Vallis Suburanæ.* 32.
IV. *Deſcriptio Diaconiæ S. Agathæ.* 37.
V. *An Eccleſia S. Agathæ in Suburâ ſemper fuerit Diaconia: Ac de varia eius denominatione.* 45.
VI. *De fundatione, Conſecratione, reſtauratione, & excellentia Diaconiæ S. Agathæ.* 53.
VII. *De Curatoribus Eccleſiæ S. Agathæ.* 72.
VIII. *De Reliquijs & Indulgentijs Diaconiæ S. Agathæ.* 75.
IX. *Diaconi, Titulares, ſeu Commendatarij S. Agathæ.* 77.

*FINIS.*



B. Agathę Martyrium ex antiquiſsimo Bibliothecæ Vaticanæ gręco Menologio germana ſpetie expreſsum.

# DIACONIA S. AGATHAE IN SVBVRA

## DESCRIPTA, ILLVSTRATA.

VIX FRANCISCVS BARBERINVS Card. Ampliſſimus S. Agathæ Diaconiã in Quirinali ſitam obtinuerat, cum diù intermiſſa cõtrouerſia iterum excitata eſt. Gaudebat Princeps Optimus templum ſibi obtigiſſe, quod Magni adhuc Gregorij veſtigia retineret; quod idem Pontifex ab Arianis pollutum expiauerat; ex quo humani generis hoſtem immunda ſpecie eiecerat; quod odorata nube Deus compleuerat; quod ignis in

pendentes lampades è Cælo demiſſus non ſemel illuſtrarat. Aſſentiebantur plerique, factumq. diuinitùs dicebāt, vt quam Pontifex incomparabilis Ædem olim dicauiſſet, incredibili pietate Cardinalis obtineret. Nec defuere tamen qui eam gratulationem perturbarent. S. Agathæ templum, aiebant, tot miraculis illuſtre, à Gregorio extructū, eodèmque teſte in Subura ſitum fuiſſe. iam iſtud, quod Colli Quirinali inſidet, ædificatum à Ricimere, longè à Subura diſtare. Illud quidem vulgi opinione receptum; ſed audiendum nihilominus Pyrrhum Ligorium, qui ſuperiore ſeculo ſuis in Paradoxis contrarium docuerat. Mouit me ea res: cumq. ægreferrem ſiue Ædi Sanctiſſimæ tantum detrahi, ſiue commune eruditorum iudicium contemni, cœpi vulgatę ſententiæ veluti defenſionem parare. Porrò cum multa adnotaſſem, quæ contro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uerſiam omnem dirimere viderentur, laboris, vt ſit, amore captum, tum verò Ampliſſimi Cardinalis ſtudio flagrantem inceſſit præterea cupido, ſingula, quæ ad hoc templum ſpectarent, colligendi: quod dum præſto, hoc mihi inter manus opuſculum ſenſim excreuit. Hæ me ad ſcribendum cauſſæ impulerũt. Vtinam tàm facilè opus ipſum, quàm operis ſuſcepti conſilium Lectori probare poſſim. Ordiamur à Subura, ex cuius ſitu hæc controuerſia ferè dependet.

# CAP. I. De Subura.

SVBVRAM Iunius apud Varronem ita dictam putauit, quòd fuerit ſub antiqua Vrbe. Porrò *teſtimonio poteſt eſſe*, inquit Varro, *quòd ſubeſt ei loco, qui murus terreus vocatur*. Aliam nihilominus etymologiam ipſe ſequitur, vt nimirum Subura à Pago Succuſano dicta ſit SVCCVSA. Eadem ferè habet Feſtus ex Verrio. *Suburam*, inquit, *Verrius à Pago Succuſano dictam ait: hoc verò maximè probat eorum auctoritate, qui aiunt ita appellatam & Regionem Vrbis, & Tribum à ſtatiuo præſidio, quod ſolitum ſit ſuccurrere Exquilijs, infeſtantibus eam partem Gabinis*. Ampliùs aliquid habet eiuſdem Feſti fragmentum ex Farneſiano exemplari deſcriptum, *Suburanam* videlicet *Tribum* antea *Succiſanam* dictam; tum ſubditur, miratum Verrium cur non à

Lib. 4. de ling. lat.

nomine Pagi Succuſani, in quo milites exercebantur, Subura dicta fuerit Succuſa: quod qua ratione cum prædictis cohæreat, non eſt facilè explicare. Et hæ quidem notationes paſſim occurrunt. Illam, quam vetus Horatij interpres, à Iacobo Cruquio editus, habet, apud aliũ neminem legi: *SVBVRA*, inquit, *dicta eſt à SVBVRENDO, quòd in ea Regione Romæ aliquando ſubuſtionibus paludeta ſiccata ſint.* Verùm vnde vnus hic reſciuit quod cæteri omnes ignorauere? & hactenus de etymologia dictum ſit.

Suburanam Tribum Verrius apud Feſtum ſua ætate per C. literam non B. ſcribi ſolitam teſtatur. Contrarium planè Varro de ſua tempeſtate tradit. Medius inter vtroſque Quintilianus diſtinctione vtitur inquiens, *Suburam cum tribus literis notatur C. tertiam oſtendere*, & fauent quæ ſequuntur inſcriptiones. Prima in vna quinque baſiũ an. 1547. in Lib. 1. c. 7. de ortho.

Foro Romano ad Arcũ Septimij reper-
tarum, quæ extat in Palatio Farneſiorũ.

Grut. 243. *VICTORIAE*
1. *IMP. CAES. VESPASIANI. AVG.*
*SAC. TRIB. SVC.*
*Corp. Iuliani C.Iulius Hermes Menſor. bis hon.incurat.functus, & nomine C.Iul.Regillij fili de ſuo fecit cui populus eius corporis inmunitatem ſex centuriarum dec.*

Secunda in altera baſi ibidem exiſtens.

Grut. 78. *FORTVNAE REDVCI*
3. *DOMVS. AVGVST. SACRVM*
*TRIB. SVC.*
*Corp. Fœder. M.Allius Tyrannus, C.Furinius Fauſtus, Fuluius Phœbus aurar. L.Vennonius Zoſimus, C.Aurelius Primus immunes perpetuo. D.D.*

Tertia in alia itidem baſi.

Grut. 104. *PACI. AVG. SACRVM*
6. *L.CAESILIVS.TAVRISIVS.TARQVINTES*
*C. PORTVMIVS. PHOEBVS. II.*
*L. SILIVS. CARPVS*
*L. STATIVS. PATROCLVS. II.*
*D. NOVIVS. PRISCVS*
*P. SVILLIVS. CELER*
*TI. CLAVDIVS. HERMETIS. L. HELIVS*
*P. AGRASIVS. P. F. MARCELLVS*
*CVRATORES.TRIB.SVC.IVNIOR.S.P.D.D.*
*PERMISSV. M.ARRICINI. CLEMENTIS.*

Quarta

Quarta apud Panuinium & Gruterum.

PACI. AETERNAE. DOMVS Grut. 239. 3.
IMP. VESPASIANI. CAES. AVG.
LIBERORVMQ. EIVS. SACRVM
TRIB. SVC. IVNIOR.

Quinta ex eodem Grutero.

NVMERVS. TR. Pag. 201. 10.
QVIBVS. LOCIS
PAL. H. IIII. CLXXXXII.
SVC. H. IIII. LXVIII. IN
ESQ. H. MDCCLXXII. A.
COL. H. CCCCLVII. I. ....
ROM. H. LXVIII.
VOL. H. LXXXV. ....

Sexta, quæ extat in Hortis Cœlijs Matthæiorum.

M. CAECILIO
S. P. F. SVC.
RVFO. SOLIARIO
AB. LVCO. SEMELES
EX. TESTAMENTO. EIVS. CALVISIA
ZOSIME. ET. M. CAECILIVS
CALLIPPVS. HAEREDES. FECERVNT.

Suburam ſcribendam docent vnica R. antiquæ Inſcriptiones. Prima reperta in atrio S. Pudentianæ, quæ nunc extat

in Hortis Marchionis Iuſtiniani ad Portam Flaminiam, cuius verba ſunt.

Mazoch. p.40.

*D. M.*
*C. ATTIO. SVBVRANO*
*VIX.AN.IV.M.V.*
*C.ATTIVS.EVTACTVS*
*ET. ATTIA. MELITINE*
*PARENTES. FIL. DVLCISS. F.*

Secunda extabat in Muſæo Card. Carpenſis.

Panuin. de Ciu.Rom. in Trib. Sub.

*L. AVFVSTI. L. F. SVBVRA.*
*RVFINI. CEN. COH. VII. VIGIL.*
*ROM. CANDIDAT.*
*TI. CAES. ET. AVFVST. SVPERANTIAE*
*ET. AVFVSTI. ET. AVFVSTIAE*
*GEMEL. OLL. IV.*
*L. AVFVSTIVS. L. F.*
*SVB. FVSCVLVS. MAIOR.*
*L. AVFVSTIVS. L. F. PALATINA*
*SERENVS. M.*
*EX. CAVSS. LEG. FAC. CVR.*

In Regio. 2.& Grut. 625.10.

Tertia apud Panuinium.

*M. LIVIVS. M. L. AVCTVS. PRAECO.*
*DE SVBVRA.*
*LIVIAE. DONATAE. LIBER.*

Su-

Suburam mutata priori litera V. in primam vocalem A. & duplici R. reperio apud nõnullos Horatij, & Martialis interpretes. Reprehẽdit hos Andreas Tiraquellus, & meritò, quòd SABVRRÆ vox ſignificet arenam illam craſſiorem, viliorèmque, qua naues onerari ſolent apud Virgil. lib. 4. Georg.

*& ſæpè lapillos*
*Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante Saburram*
*Tollunt.*

Quod Plautus ad Lænam in Ciſtellaria ſic tranſtulit.

*Idem mihi, magnæ quod parti eſt, vitium mulierum,*
*Quæ hinc quæſtum facimus, quæ vbi Saburratæ ſumus*
*Largiloquæ extemplo ſumus,*

vt SABVRRATVS pro, onuſtus cibo dicatur: ad quem modum recentior quidam AVRES SABVRRATAS dixit verboſi hominis multiloquio. Sed Rhodig. lec. antiq. li. 15. c. 19.

excu-

excuſabit fortaſſe eoſdem aliquis, quòd hæc Regio innumeris ferè ciuibus abũdans tranſlatitiè Saburrata, atque ideo Saburra potuerit appellari : Vel quod ſita, ſaltem ex parte, in locis planis, & hinc, atque hinc collibus vallata, tàm multiplici ſabulo, quod laterales colles ad eam tranſmittebant, redundauerit, vt inde Saburræ nomen potuerit inuenire. Verùm non quid fieri potuerit, ſed quid factum re ipſa ſit, hoc loco inquirimus.

Iam vt à nomine ad rem ipſam progrediamur, Marcus Varro INTRA VRBIS POMERIVM Suburam fuiſſe ſitam indicat inquiens, *Reliqua Vrbis loca olim diſcreta --- in ſeptem & viginti partes Vrbis ſunt diſpoſita, e queis prima eſt ſcripta Regio Suburana*. Porrò EXTRA ILLVD conſtituere videtur, cum ait, *Subura ſub muro terreo Carinarum*, & ſubiungit, *Subura, Iunius*

*ſcribit*

*ſcribit, ab eo, quod fuerit ſub antiqua Vrbe*; Vrbs enim antiqua non Carinas, ſed Palatinum & Capitolinum colles comprehendebat, atque ita Subura inter Carinas, & hanc Vrbem exiſtens extra illius pomeriū conſtituta videtur. Hoc vltimum ſequitur Thomas Dempſterus [a] ad illud Martialis, [b]

*Tonſtrix Suburæ faucibus ſedet primis*
*Crūenta pendent qua flagella tortorum,*

cum ſeruus publicus, ſeu tortor in Vrbe habitare non potuerit.

Sed prius illud probatur ex Iuuenali ſatyra 10. in qua Hannibal

*Actum, inquit, nihil eſt, niſi Pœno milite portas*
*Frangimus, & media vexillum pono Subura.*

quaſi dicat, nihil adhuc fecimus, niſi Romam capiamus, & vexilla noſtra in Subura, ſita in media Vrbe, ponamus. Idē apertè colligitur ex Martialis ep. 3. lib. 12. quo mittit librum in Vrbem ad

Stel-

[a] Ad Roſin. lib. 1. c. 13. Reg. 2.
[b] Epig. 15. aliàs 17. lib. 2.

Stellam Conſulem & Poëtam in prima Subura habitantem.

*Ad populos mitti qui nuper ab Vrbe ſolebas,*
*Ibis tu Romam nunc peregrine liber.*

& infra.

*Iure tuo veneranda noui pete limina templi*
*Reddita Pierio ſunt vbi templa choro.*
*Vel ſi malueris prima gradiere Subura,*
*Atria ſunt illic Conſulis alta mei.*
*Laurigeros habitat facundus Stella Penates.*

Difficilius multo eſt certum Suburæ locum deſignare; in qua re mira eſt authorum, & ſententiarum varietas. Iunius apud Varronem ſub antiqua Vrbe, vt diximus, illam conſtituit; Varro ipſe ſub muro terreo Carinarum. Ioannes Annius Suburam conſtituit in Vico Thuſco incipientem ſub Palatino Colle, & pertingētem vſque ad murum fori venalium circa Tiberim, & ad Forum Piſcarium.

In Comment. ad Fab. Pict. lib. 2.

Blondus monticulum, in cuius parte

Mo-

Monaſterium S. Laurentij in Pane & Perna viſitur, ac viam ſuo æuo ſatis habitatoribus frequētem, quæ à S. Lucia vſque ad S. Hadrianum protenditur, Suburę vocabulo comprehendit. Blondum ſequi videtur Marcellus Donatus locans in Subura Olympiadis, & Agrippinæ Thermas, quæ in Viminali fuerūt eò in loco, vbi aſſatum fuiſſe perhibent S. Laurentium, quò reſpicere videntur Prudentij carmina relata à doctiſſimo Vgonio. Rom. inſtaur. li. 1. nu. 92. & li. 2. n. 38. In Iul. Capit. ad Gord. Iunior. Stat. 9.

*Non contētus humum celſæ intra mœnia Romæ*
*Tingere iuſtorum cædibus aſſiduis,*
*Ianiculum cū iam dudum, fora, roſtra, Suburā*
*Cerneret eluuie ſanguinis affluere.*

Pomponius Lætus initium Suburæ locat vbi eſt Coloſſeus, eàmque producit vſque ad Exquilias.

Andreas Fuluius nō admodum à Blondo, & Læto diſſentire videtur dum ait: *Ea inchoabat à Regione Tabernolæ ſupra* Lib. 1. pag. 13.

Co-

*Coloſſeum, vbi Suburæ caput, & principium Labicanæ verſus Auroram tendentis ---- & per radices Exquiliarum longo ambitu perducebatur vſque ad Aedem S.Luciæ in Orphea, ſiue in capite Suburæ.*

Li.4.c.20. Bartholomæus Marlianus Suburæ caput non ad Amphitheatrum, ſed ad Forum Romanum conſtituit.

In Antiq. Rom.pag. 118. Aloyſius Cõtarenus Marlianum ſequitur, & Suburæ plateam conſtituit inter Quirinalis & Viminalis extremam partem, vbi Probæ puteus.

Li.6.pag. 61. Geograph. Raphael Volaterranus, ac cæteri recentiores à Foro Traiani ad SS. Martini & Agathæ templa Suburam ducunt.

Pyrrhus Ligorius in ſuis Paradoxis ita habet. *La Subura non era nell'Eſquilie, ma nella Regione Suburana, nella quale principalmente era il Celio, il Celiolo, & le Carine; & à quel ch'io poſſo conſiderare crederei facilmẽte ch'ella foſſe in quella Valle, che è tra il Celio Monte, & il Palatino.*

Hoc

Hoc autẽ Pyrrhus infert ex Lupanarijs, quę ex vna parte S. Rufus & P. Victor recenſent in Regione ſecunda Cœlimontium, ex altera in Subura extitiſſe certum eſt, tum ex ipſo eodem Victore, tum ex innumeris veterum authorum locis.

Ligorio, præter Scammozzium, aſtipulatur Panuinius, qui & multa profitetur ſe [a] ab illo didiciſſe, & eius veſtigijs inhærens ait, [b] *Suburam voco viam illam, quæ Amphitheatrũ, & Arcum Conſtantini ex vno capite habet, ex altero verò Septizonium Seueri & SS. Andreæ & Gregorij in Cliuo Scauri Baſilicam.*

[a] In Pręf. lib. 1. Cõment.

[b] Ibid. de Monte Cœlio.

In tanta tot authorum, & ſententiarum varietate non eſt facilè de rebus pręſertim remotiſſimis liquidò pronuntiare. Æqui igitur bonique conſulet Lector, ſi, alijs, quæ certa videntur, poſitis & confirmatis, alia, quæ non ita comperta habeo, in medio relinquam.

Iam

Iam, vt hinc incipiam, Ligorij Paradoxum nō modò præter omnium opinionem, ſed etiam alienum planè videtur à veritate. Omitto cætera. Liquet id apertiſſimè ex Martialis epigrammate, quo ordinarium iter à ſuis ædibus, quæ ad Pilam Tiburtinam ſitæ erant, ad Exquilias docet eſſe per Suburanū cliuū. Tiburtinam verò Pilam ſtatuit ad Circū Floræ, vbi nunc BARBERINORVM PALATIVM Quirinale extat.

Lib. 5. ep. 23.

*Mane Domi ſi te merui, voluiq. videre*
*Sint mihi, Paulle, tuæ longiùs Exquiliæ;*
*Sed Tiburtinæ ſum proximus accola Pilæ,*
*Qua videt antiquum ruſtica Flora Iouem.*
*Alta Suburani vincenda eſt ſemita Cliui.*

Similia habet lib. 10. ep. 19. quo Muſam alloquitur mandans, vt librum deferat ad Plinium, qui in Exquilijs habitabat.

*Breuis eſt labor peractæ*
*Altum vincere tramitem Suburæ.*

Tam

Tam igitur falſum eſt, Suburam non niſi in Valle inter Palatinum & Cœlium extitiſſe, quod vult Ligorius, quàm falſum eſt, eunti à BARBERINIS ÆDIBVS & proximis locis ad Exquilias per eiuſmodi Vallem iter eſſe.

Nec minùs apertè refellit Ligorium Sex. Pompeius, qui Suburã inter montes recenſet. *Septimontium dies appellatur menſe Decembri, qui dicitur in Faſtis agonalia, quod eo die in ſeptem montibus fiunt Sacrificia, Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cœlio, Oppio, Ciſpio.*

Nec ſolidum eſt Ligorij argumentum deſumptũ ex Lupanarijs deſcriptis in Regione Secunda Cœlimõtium, cum nihilominus illa alibi etiam fuiſſe conſtet. Tacitus. *Crepidinibus Stagni* (loquitur de Stagno Agrippæ) *Lupanaria aſtabant, illuſtribus fœminis completa, & contra ſcorta viſebantur nudis corporibus.* Alterius Lupanaris memoria in Circo

Agonali adhuc ſupereſt, quod, ob eius infamiam ex D. Agnetis Virg. & Mart. victoria abolitam, velut ſacroſanctum veneramur: Alia habebantur in Regione Vndecima Circi Maximi; ex quibus non vnam, ſed plures Suburas eidem pari ratione inuenire licebat.

Nec firma Romanarum Regionum authoribus à Panuinio editis habenda videtur fides, vel ab eiſdem ſibi ad inuicem contrarijs quid certi elicere poſſumus; Nam Pub. Victor impreſſus ab Aldo receſet in Regione Secunda Cœlimontiũ *Luparias*, nullo adiecto; Panuiniana verò editio addit, *in Subura*: Idem Victor iuxta plures aliorum editiones in Tertia Regione reponit *Suburam*, quam tamen Panuinius in *Suburæ caput* commutauit: Denique S. Rufus à Panuinio ipſo vulgatus in Regione Quinta Exquilina habet *Vicum Succuſanum*, à quo Subura nomen deſumpſit,

vt ſupra retulimus. Et hæc de Paradoxo Ligorij dicta ſufficiant: Reliquum eſt, vt quæ mihi hac in re ſeſe offerunt indicem.

Et primò quidem, ſi agamus de antiqua Vrbe, in cuius pomerio Palatinus & Capitolinus Colles includebantur, *Suburã* fuiſſe arbitror *Viam ſub antiqua Vrbe extra pomerium* in ea Valle, vbi eſt Amphitheatrum Titi: Hoc mihi ſatis probant duo, quòd nimirum ſub antiqua Vrbe fuerit, vt ex Iunio apud Varronem ſupra retulimus; quòdque Varrone ipſo teſte ſub terreo muro Carinarum extiterit. Hunc locũ nonnulli appellare videntur *Summæniũ*, vbi proſtabat meretriculæ, de quibus Martialis

*Conuiua quiſquis Zoili poteſt eſſe* Epig. 81. lib. 3.
*Summænianas cœnet inter vxores.*

& alibi.

*Nec plena turpi matris olla reſina* Epig. 32. lib. 12.
*Summænianæ qua pilantur vxores.*

 Porrò,

Porrò, ſi hoc admittimus, ad hanc Suburam referri poſſunt Lupanaria, de quibus Ligorius, quæq. in Subura ab authoribus collocãtur: Hinc Martialis

Lib. 6. ep. 66.

*Famæ non nimium bonæ puellam*
*Quales in media ſedent Subura*
*Vendebat modò præco Gellianus.*

Hinc meretricantes mulieres ex multorum ſententia ab Horatio *Canes Suburanæ* vocantur,

In Epod. Od. 5.

*Senem quod omnes rideant adulterum*
*Latrent Suburanæ Canes.*

Hinc eædem à Martiali *Suburanæ magiſtræ* appellantur.

Lib. 11. epig. 79.

*Ergo Suburanæ tyronem trade magiſtræ*
*Illa virum faciet, non benè virgo docet.*

Huc referendus ille ejuſdem locus.

Lib. 11. epig. 62.

*Summœnianis inquinatior buccis:*
*Quem cum feneſtra vidit è Suburana*
*Obſcœna nudum lena fornicem clauſit.*

Huc exprobratio illa Propertiana aduer-

ſus Cynthiam in Subura habitantem.

*Iamnè tibi exciderant vigilantis furta Suburæ,* Lib. 4.
*Et mea nocturnis trita feneſtra dolis.* eleg. 7.

Hinc tandem Perſius de ſe ipſo cum exceſſiſſet ex ephœbis, nec metus aut magiſter eius libertati obſtarẽt, ita cecinit.

*Cum blandi comites, totàque impunè Subura* Sat. 5.
*Permiſit ſparſiße oculos iam candidus vmbo.*

Alterum dictum eſt, aucta Vrbe Suburæ limites poſſe alicui videri protractos Forum Piſcarium verſus, & finem Vici Thuſci, vbi Ianus quadrifrons & imus Argiletus. Video oppidò paucos de Subura tale aliquid docere; video quam multa obijci in contrarium poſſint, vt proinde id nulla ratione auſim aſſerere: verùm cum ex altera parte non ſit facile veteres authores quibuſdam in locis aliter interpretari, nihil me opportunius facere poſſe exiſtimaui, quàm ſi totum hoc Lectori dijudi-

candum relinquerem. Et verò Martialis locus in primis vrget, qui eſt huiuſmodi.

Lib. 2. ep. 17.

*Tonſtrix Suburæ faucibus ſedet primis,*
*Cruenta pendent quà flagella tortorum*
*Argique letum multus obſidet ſutor.*

Vides, locum tonſtricis deſcribens Vates locat Suburæ principium, vbi ſolebant verberari ſontes, & tortores flagella ſuſpendebant, & propè Argiletum, quod teſte Seruio deſinebat ad Theatrum Marcelli, quod eſt, vt omnibus patet, Foro Piſcario proximum. Nec caret difficultate Iuuenalis locus ille,

Sat. 5.

*Vernula riparum & pinguis torrente Cloaca,*
*Et ſolitus mediæ cryptam penetrare Suburæ.*

ſi enim Subura Tiberim verſus non protendebatur, quomodo poterant piſces Suburæ cryptam peruadere, vt ibi pingueſcerent? Hæc mihi dubitationem habere aliquam viſa ſunt non in-

dignam, quam Lectori indicarem. Iam quicquid de hoc ſit.

Tertiò certum videtur, Vrbe aucta, Suburam ita productam, vt ad Forum Neruæ pertingeret; inde verò per planitiem inter Viminalem, Quirinalem & Exquilinum Colles ad S. Luciȩ in Silice porrigeretur. Quod ſi diuinare in re obſcura & antiqua tantiſper licet, Seruio Rege conſecutiſq. proximè temporibus id contigiſſe crediderim. Collocata enim in Exquilijs Regia, ac Vico Patricio Senatorijs ciuibus ad ædificandum diſtributo per eam, quam diximus, planitiem creuiſſe valde Vrbem facilè mihi perſuadeo. Verùm de tempore, vt volet, quiſque ſentiat, certè Suburam quandocunque tandem eò perueniſſe ex vulgatiſſima loquendi ratione, quæ à maioribus accepta ad hæc vſque tempora propagata eſt, certiſſimò comprobatur. Hac eadem ratione ȩx ipſo, quod

hodièque in vſu eſt, nomine Capitolij, Circi, Palatij, horum omnium ſedem ac locum ita nos certò habere exiſtimamus, vt nemo audeat dubitare, cur ergo idem in Subura locũ non habeat? Scio interdum etiam vulgò recepta falſa eſſe; verùm, vt falſa dicantur, debent apertiſſimis argumentis coargui, quæ hìc nulla ſunt, vt oſtendimus. Faciunt huc quæ ſupra diximus de Cliuo Suburano, qui tendenti à Pila Tiburtina ad Exquilias poſt Suburam ſcandendus ſupereſt teſte Martiali: hæc enim & ſimilia, niſi hoc loco Suburam ſtatuamus, explicari nõ poſſunt, cum ex alia parte in noſtra ſententia facillimè poſſit *Cliuus Suburanus* deſignari, vt nimirum ſit ille ipſe, quò ad S. Luciæ in Silice templum aſcendimus, & adhuc Suburæ nomen retinet.

Indagato quoad rem noſtram attinet pro viribus Suburæ loco, non erit abs re attexere, quæ eidem ab authoribus

tributa reperiuntur. Et abundauit in primis hominum multitudine. Hoc eſt quod feruens appellatur à Iuuenali

*Cedere namque foro iam non tibi deterius, quàm* Sat. 11.
*Exquilias à feruenti migrare Subura.*

Frequentiã incolarũ comitata eſt, vt fit, rerum venalium copia. Hinc Martialis

*Quicquid villicus Vmber, aut colonus,* Lib. 7. ep. 30.
*Aut Thuſci tibi, Tuſculique mittunt,*
*Aut rus marmore tertio notatum*
*Id tota tibi naſcitur Subura.*

& alibi.

*Hæc igitur, media quæ ſunt mihi nata Subura,* Lib. 10. epig. 94.
*Mittimus Autumni cerea poma mei.*

Nec edulia tantùm, ſed etiam medicamenta ad muliebrem ornatum venum expoſita fuiſſe arguunt nonnulli ex illo Martialis,

*Cum ſis ipſa domi, mediàque ornere Subura.* Lib. 9. ep. 38.

illud longè teſtatiſſimum venijſſe ibidem, præcipuum fœminarũ ornamentum, pudorem, de quo ſupra ſatis eſt actum. Quæ incolis, mercibus, fœminis

nis

nis & quidem quæſtuarijs abundabat Subura, tacita & muta eſſe non potuit. Iure igitur, quem ſæpè laudo, Martialis

Lib. 12. epig. 18.

*Dum tu forſitan inquietus erras*
*Clamoſa Iuuenalis in Subura.*

Has inter fæces & turbas coluere nihilominus ſpectatiſſimi viri: De Cæſare Romanorum nobiliſſimo teſtatur Suetonius. *Habitauit primò in Subura modicis ædibus.* De Stella Conſule Martialis

Lib. 12. epig. 3.

*Vel ſi malueris, prima gradiere Subura;*
*Atria ſunt illic Conſulis alta mei.*

vt obſcurus eſſe non potuerit tractus, in quo eiuſmodi lumina diuerſarentur. Nihil igitur mirum, ſi Subura cum Sacra Via, tota Vrbe celeberrima, pari propemodum iure contenderet. Feſtus. *October equus appellatur, qui in Campo Martio menſe Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior;*

de

*de cuius capite non leuis contentio eſſe ſolebat inter Suburanenſes, & Sacrauienſes, vt id in Regiæ pariete, illi ad Turrim Mamiliam id figerent.* Sed nihil ad Suburæ dignitatem perinde facere alicui videatur, quàm quòd prima Regio, ſeu Tribus ſcripta eſt authore Varrone, quæ ab ipſa Suburanæ nomen inuenit. Hoc eſt quod Tullius ait. *A Suburana vſque ad Arnienſem nomina veſtra proponat.* De lege Agrar. Neque verò alio ordine, dum Tribus Vrbanas enumerat, vtitur Plinius. Aliter Dionyſius, qui à Palatina incipit. Conciliare vtroſque nititur Manutius inquiens. *Rem commodè poſſe temperari, vt Dionyſius ordinem, quo factæ ſunt; Varro eum, quo ad lationem ſuffragij vocabantur, ſpectauerit.* De Ciuit. Rom. 49. Equidem hanc Varronis fuiſſe mentem affirmare non auſim: Cæterum hoc ipſum, quod prima citaretur, non honorificum eſſe non potuit. Scio temporum decurſu ab

vr-

vrbanis Tribubus ad ruſticas defeciſſe primarios viros, quòdq. neceſsè fuit illarum amplitudinem imminutam; ſed non idcircò Suburæ ſua dignitas perijt adeò vt dicere potuerit Iuuenalis.

Sat. 3. *Ego vel Prochytam præpono Suburæ.*

quaſi nil eſſet in Vrbe præſtantius. Et hæc de Subura ſatis.

## CAP. II.

## An Quirinalis S. Agathæ Eccleſia eadem illa ſit, quæ à S. Gregorio in Subura eſt dedicata.

POſitis ijs, quæ de Subura Capite præcedenti docuimus, nulla poteſt eſſe dubitatio, quin Eccleſia S. Agathæ in Quirinali ſita illa ipſa ſit, quæ à S. Gregorio in Subura dedicata eſt. Et ſu-

ſuperuacanea meritò videri poſſet hæc à nobis propoſita quæſtio, niſi ſatisfaciendum eſſet Ligorio, qui errare ait illos, qui Eccleſiam hanc eandem putant eſſe cum illa S. Agathæ in Subura, deceptos autem eo, quod exiſtiment à S.Gregorio ædificatam, cum ipſe longè aliam exædificauerit, hæc autem à Flauio Ricimere extructa ſit. Sed profectò ipſe egregiè decipitur, neque minus falſum eſt quod ſumit, ædificaſſe S. Gregorium B. Agathæ Eccleſiam, quàm illud quod ſubijcit, Quirinale hoc eiuſdem Virginis templum à Flauio Ricimere extructum fuiſſe. Et quidem ad hoc vltimum refellendum ſufficit ipſius Ricimeris teſtimonium in Abſide expreſſum hac inſcriptione.

*F. RICIMER. V. I. MAGISTER*
*VTRIVSQVE. MILITIAE. PATRICIVS*
*ET. EXCONSVL. ORD.*
*PRO. VOTO. ADORNAVIT.*

Alte-

Alterum, ædificatam nimirũ à B.Gregorio S.Agathæ Eccleſiam, refellitur ab ipſo Magno Pontifice, qui lib.3.ep.19. fatetur, *Eccleſiam S.Agathæ, quæ ſpelunca fuit aliquando prauitatis hæreticæ ad catholicæ fidei culturam redactam fuiſſe*, & alibi. *Arianorum Eccleſia placuit, vt in fide catholica dicari debuiſſet, quod & factum eſt*. Vtrumque apertis verbis tradit ad Martyrologium Baronius, his verbis. *Erat in Vrbe, & hactenus permanet celebris memoria S. Agathæ in Subura dicta, quam olim ab Arianis vindicatam S. Gregorius catholico cultui mancipauit. Porrò illis temporibus quibus Gothorum illuſtres viri Ciuitate Romana donati ibìdem Conſulatus, & Præfecturam geſſerunt, ea Eccleſia peculiari vſui Gothorum ceſſit, quorum Ricimer Conſularis vir potentiſſimus, gener Anthemÿ Auguſti, illum locum magnificentiſſimè ornauit.*

Dialog. li.3.c.30.

Ad 5.Feb.

Enimuero ſi Subura per planitiem,

quæ

quæ inter Viminalem, Quirinalem, &
Exquilinũ intercedit, ad S.Luciæ in Silice protendebatur, euidens eſt, hanc de qua agimus S. Agathæ Eccleſiam, in Subura, vel, vt alij interdum loquuntur, ſuper Suburam ſitam fuiſſe, vt ineptum ſit aliud templum à S.Gregorio in Subura dedicatum alibi quærere. Nihil igitur à Ligorio affertur, quod vim vllam habeat, nòſque mouere debeat quominus hanc S.Agathæ Eccleſiam illam exiſtimemus, quam S. Gregorius Ariana ſuperſtitione expiatam Deo dicauit, maximèque illuſtrem ac venerabilem hoc beneficio reddidit.

Nunc antequam vlteriùs progrediamur non ab re fore exiſtimo, breuiter deſcribere loca aliquot vetuſtiora, & inſigniora Vallis Suburanæ, vt non minùs antiquitatis ſtudioſus oblectetur, quàm Diuæ Agathæ illuſtretur Eccleſia.

# CAP. III.

## De locis inſignioribus Vallis Suburanæ.

AD radices Quirinalis Collis inter Viminalem, ac illam Quirinalis partem, quæ vocatur Balnea Pauli (nũc vulgò Bagnanapoli) Vallis quædam interiacet à nonnullis Quirinalis, ab alijs Suburana appellata. Hìc Siluani templum fuiſſe Marlianus, alijque ex teſtamento Galli Iocundi opinãtur, cuius locum obtinuiſſe Ædem S. Agathæ Fabricius his verbis tradit: *Templum Siluani, nunc D. Agathæ ſub Viminali in via Suburana*. Omen Imperij Tacito fuiſſe, fanaticum quendam in eodem templo tenſis membris exclamantem, *Tacita purpura, Tacita purpura*, idq́ue ſeptimò, ſcriptum reliquit Flauius Vopiſcus.

Li. 4. c. 20.

In Rom. Antiq.

In Flor.

Sub

Sub hoc tẽplo decem Tabernas fuiſſe nonnulli volunt, cui loco hoc nomen datum ex Tabernarũ numero, quas ibi fuiſſe Lucius Faunus, & Bartholomæus Marlianus ex lapide quodam aſſerunt. Lib.4.c.7. Li.4. c.20.

In hac item Valle non longè à templo S. Vitalis fuiſſe Puteũ, qui dicebatur Dominæ Probæ ab ea, quæ fodi iuſſit, Virgine ducto nomine, ſcripſit Pomponius Lætus; Ac ſub æde D. Agathæ aliam S. Mariæ in Campo fuiſſe, quam exiſtimo illam, quæ dicebatur de Puteo Probæ, & parochialis fuerat, à plurimis Antiquitatum Scriptoribus traditum eſt.

Cur autem Roſinus affirmet, Dianam habuiſſe templum in Subura, ob idq. appellari Suburanã, penitùs ignoro; ſed quia apud nullum me hoc legiſſe memini, vereor ne in carmine illo Ouidij,

*Ecce Suburbanæ templum nemorale Dianæ,* In Arte.

corruptè legerit *Suburanæ*, locò *Suburbanæ*; quod quidem verbum non ad Suburam, ſed ad Nemus Aricinũ haud procul ab Vrbe ſitum Dianæ ſacrum referunt omnes & præcipuè Gyraldus; Idem accidiſſe comperi circa alia templa, ædes, & vicos in locis ſuburbanis olim poſitos, qui poſteris eadem intra Vrbem ſita fuiſſe credendi occaſionem præbuerunt.

Vallis caput inſigniter nobilitatum fuit manifeſtatione Imaginis quampluſrimis conſpicuæ miraculis Beatæ Mariæ Virginis, cui celeberrimum templum Gregorius Decimustertius Pont. Max. ac piorum eleemoſynę erexerunt, BEATÆ MARIÆ DE MONTIBVS appellatũ. Apud idẽ FR. ANTONIVS BARBERINVS Card. S. Onuphrij nobiliſſimum ædificium à fundamentis extruxit Neophytis, & Cathecumenis, vt in hac Inſcriptione legitur.

VR-

XXXV.

VRBANI VIII. P. M.
BENEFICENTIA
OPEM FERENTE.
FR. ANTONIVS BARBERINVS
TIT. S. ONVPHRII PRESB. CARD.
EIVSDEM PONTIFICIS GERMANVS
M. POENITENTIARIVS
BIBLIOTHECARIVS S. R. E.
ET
CATHECVMENORVM PROTECTOR
VT ALVMNI COLLEGII
NEOPHYTORVM
IN TEMPLO B. MARIÆ
AD MONTES
A GREGORIO XIII. IPSIVS COLLEGII
FVNDATORE
VNIVERSÆ CATHECVMENORVM
FAMILIÆ ATTRIBVTO
SACRIS MINISTERIIS OPERAM
NAVARENT
EOS PROCVL INCOLENTES
HVC TRANSTVLIT NOVASQ. ÆDES
TVM ILLIS
TVM CATHECVMENIS MVLIERIBVS
VIRISQ. SEORSIM
ET CLERICORVM REI DIVINÆ
FAMVLANTIVM HABITATIONI
A FVNDAMENTIS EXTRVXIT
ANNO SALVTIS
M. DC. XXXV.

Ante-

Anterior Diaconiæ pars inter Occidentē Auſtrumq. locata ornatur ab Aldobrandinorum Villa, amœnitate loci, antiquarum elegātiarum copia, & cultiſſimo Viridario magnificentiſſima.

Ab Aquilonari eiuſdem latere ruinas Thermarum Conſtātini vidimus, in quibus maximum excitatum Palatium, Bentiuolorum familia, nouo ac ſumptuoſo opere, picturis, ſtatuis, fontibus, ac viridarijs perpulchris additis, ità conſummauit, vt vix vlli in Vrbe concedat.

A latere Orientali, Cella ſeu Sacellum in Hortis olim Bartholinorum extans magnificis pulcherrimiſq. operibus picta, piſcium præcipuè picturis, conchyliorumque marinorum referta, Neptuni fuiſſe templum anſam prębuit credēdi Fuluio, Fauno, & Gammuccio. Hìc quondam Epirotarum Hoſpitium fuiſſe ſcripſerunt plerique; nunc ædem habe-

Ex Itiner. Scotti.

habemus S. Bernardini cum Sanctimonialium domo, à S. Agathæ Diaconia ſeiunctam à Gregorio XIII. perampla via, quam idem Pontifex ab Imperatoris Traiani Columna ad Baſilicam Liberianam aperuit, & Sixtus V. perfecit. Pauca hæc ſolummodo ob immanem ſæuientis Totilæ rabiem, qui, vt Leon. Aret. ait, *Ferè tertiam partem totius ambitus murorum ad ſolum euertit, Capitolium incendit, circa Forum, & Suburam, & viam ſacram omnia conflagrauit*, potui reperire.

Mutius Panſa in magnitud. oper. Sixti Quinti.

Lib. 3.

# CAP. IV.

## Deſcriptio Diaconiæ S. Agathæ.

LAurentius Schraderus in ſuis Italię monumẽtis hæc de noſtra S. Agathæ Diaconia ſcribit. *S. Agatha ſub Vi-*

*minali Gothorum eccleſia, in qua Pacis & Dianæ imagines ex cæmento: Ante templum pueri prætextati in ſubſellijs ſedent, & docentur.*

Georgius Fabricius in Rom. Ant. aliquid addit. *A Gregorio eſt dedicata Gothorum eccleſia in Via Suburana ſub Viminali; ornata pauimento, & aliquot columnis: Hortulum habet triplicem, in quo ſepulcrum antiquum, & aliquot marmoreæ imagines fractæ: Ante templum pueri prætextati in ſubſellijs ſedent, & à magiſtro docentur in antiquo lapide.*

Vidi in Bibl. MS. S. Praxed.

Io. Franciſcus Scardoua teſtatur, ante fores Diaconiæ S. Agathæ inter plura antiquorum marmorũ fragmẽta vnum vidiſſe cum hac Inſcriptione.

*Chriſto ſtulta iacet hic Iacobina ſepulta,*
*Hoc tumulo Veneta pauſat Iacobina quieta,*
*Doctorem verum dilexit viua Rogerum.*

Aliquot vetuſtiora epitaphia recenſet Iacobus Mazochius in Regione Montium

tium, extantia olim in hac S. Agathæ Diaconia.

*D. M.*
*L. Faoni. Firmi. vixit. ann. 9. men. 5. dies. 22.*
*&. l. Septicio. Firmo. vixit. an. 43. Veteranus*
*Honeſtamiſio. Coh. XII. Cornelia. Veneria*
*filio. &. Coniugi. benemer. fec. & ſibi.*

*D. M.*
*L. Furius. Diomedes. Curator. de. Sacra. via*
*Corneliæ. Tertulliæ. Coniugi. B. M.*

*D. M.*
*A. Seio. Zoſimiano. Equiti. Rom. Præf. Coh. III.*
*Bracar. Aug. Trib. leg. XI. cl. ſacru. viac. & De-*
*curiati. A. Seius. Africanus. &. Pat. pÿſſim.*
*B. M. fecit.*

*Clodia. M. L. Secunda. O. quãta. pietas. fuerat*
*in. hac. Adoleſcentia. fides. amor. ſenſus. pudor*
*& ſanctitas. noli. dolere. amica. euentum. meũ*
*properauit. ætas. hoc. dedit. fatum. mihi.*

Nunc per fornicatam porticum, cui à dextris eſt Monaſterium, à ſiniſtris Diaconale Palatium, in capite Vici, quem Io. Baptiſta Paulianus Cornelio- rum vocat, ingreſſus eſt ad cauædium, in aliam priori ſimilem porticum du-

De Iub. & Ind. lib. 3.

cens, vbi oſtiũ Eccleſiæ occurrit, cuius vtrumque latus antepagmentis ex pario lapide teſſellatis munitur, cum eiuſdem operis tranſuerſario, ſiue ſuperiori limine, eius authorem ſic præſeferente

PRESBYTER IOHANNES
HOC OPVS FIERI FECIT.

Aula Templi, ſiue Cella in tres diuiditur, vt appellãt, naues, duodecim peruetuſtis columnis diſtinctas: in vniuſcuiuſque earum capite, Aris conſtitutis, ſacra celebrantur. Ara maxima in media naui locata ornatur marmoreo, & vermiculato ciborio à quattuor marmoreis colũnis ſuffulto. Diaconicum, vbi maius Altare, thronus Card. Diaconi, ac presbyterorum ſedes, clauditur ſenis ex glarea marmore viridi columellis. Abſis in ſuperiori parte Diaconici imaginem Chriſti, & duodecim Apoſtolorum ex muſiuo habebat; verũ antiquitate collapſa ac reſtituta, nũc

mar-

martyriũ Virginis, cui dicatur Eccleſia, pictum repræſentat. Aliud Altare in ſiniſtra naui D. Agathæ, & Sanctorum Reliquijs dicatũ eſt, ad quod cereas argenteaſque mammas mulieres offerunt præſertim concepto fœtu grauatæ: in alio dexteræ nauis Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis colitur.

Alter lateralis ingreſſus ex tiburtino lapide patet in ſiniſtra naui, cui hæret Veſtiarium & Cimeliarchium: In anteriori Eccleſiæ parte Odeũ, & pars Turris campanariæ peruetuſtæ ſurgit.

Platonia ſiue pauimẽtum omne mediæ partis pario marmore in varias formas coagmentato, ac teſſellato opere ornatur; reliquum ſtratum eſt romano latere lineis marmoreis intextum cum hiſce Epitaphijs. In Diaconico.

*HIC IACET D. PANDVLPHVS*
*EPISCOPVS PACTENSIS*
*CVIVS ANIMA REQVIESCAT*
*IN PACE.*

In

# XLII.

In media naui ſepultus iacet Vir doctiſſimus Ioannes Laſcaris, qui nonagenarius colico Romæ obijt, ac ſequens Epitaphium viuens ſibi poſuit.

Ex dicto Scardoua.

Λάσκαρις ἀλλοδαπῇ γαίῃ ἐνικάτθετο, γαίην
Οὔτι λίην ξείνην, ὦ ξένε, μεμφόμενος.
Εὕρατο μειλιχίην. ἀλλ' ἄχθεται, εἴπερ Ἀχαιοῖς
Οὐδ' ἔτι χοῦν χεύει πατρὶς ἐλευθέριον.

✠

Ξεῖνε, Λάκαιν' ὑπ' ἐμοὶ Ῥάλλου πατρὸς ἡ προφυγοῦσα
Δουλοσύνας πάτρας ἦλθεν ἐς Ἰταλίην.
Μήτηρ πειθομένη, ὃς ζεῦξέ μιν ἀνέρι κλεινῷ,
Τοῖς καὶ κόσμος ἔην ταῖς ἰδίαις ἀρεταῖς.
Ἑλλάδος ἀλλ' ὀλοὴ Κατερίναν προὔφθασε μοῖρα
Τῆλε περ, οὐδ' ᾤκτειρ' ἔγκυον, οὔτε νέην.

Hos verſus eruditiſſimus D. Lucas Holſtenius BARBERINÆ Bibliothecæ Præfectus Latinè ſic tranſtulit.

*Laſcaris externa iacet hic tellure ſepultus;*
*Hoſpes, non illi eſt terra aliena grauis,*
*Nam dulcem ſenſit. dolet hoc, quòd patria tellus*
*Non tumulo Græcos libero, vt ante, tegat.*

Hoſpes

✠

*Hoſpes hìc Rallo patre nata Lacæna ſepulta eſt,*
*Quæ patriæ ob cladem fugit in Italiam.*
*Maternus ſic iuſſit auus, claroq. locauit*
*Coniugio. hæc decori coniugi auoq. fuit.*
*Sed procul à patria Catharinam immitia fata*
*Helladis abripiũt & grauidam & iuuenem.*

In eadem naui.

*SERAPIDI. DEO*
*M. AVRELIVS. PONT. MAX.*
*TRIBVNIC. POTE. AEDEM.......* Serapidis templum in Quirinali fuiſſe Antiquarij ſcribũt.

Item hoc ſequioris ſeculi:

*Ic requieſcit in pace Domna Bonuſa qui vixit*
*An. XXXX. & D. Menna qui vixit An....*
*e abeat anatema à Iuda ſi quis alterum*
*omine ſuper me poſuer. anathema abeas*
*da * tricentidecem & octo Patriarche qui*
*Canones eſpoſuerunt & da ſancta Chriſti*
*quattuor Euguangelia.*

* Pro, ab.

Huic proximè in alio legitur.

*Hic iacet Gabriella de Malliano rel. q. Iacobi*
*de Monteferrato, quæ vixit An. XXXX. Obij*
*die Iouis penultima Maij videlicet in Feſto*
*Corporis Chriſti Ann. M. D. X X V I.*
*Antonius Barella de Turre Gener Socrui*
*benem. poſuit vxori, & Roccho filio.*

Ad

# XLIV.

Ad oſtium laterale fixus parieti parius lapis hanc habet inſcriptionem.

*D. O. M.*
*Zoroaſtro Maſino homini probitate, innocentia, liberalitate præſtanti, inq. Philoſophiæ genere, quod ad naturæ obſcuritatem ſpectat, naturæ ipſius beneficio admirabili.*
*Ioannes ex fratre nepos Patruo benem.*
*Lachrymans Poſ.*
*Vixit An. LVIII. M. . . . . D. XX. Obijt maximo amicis boniſq. omnibus ſui deſiderio relicto An. ſal. M. D. XLVI.*

Ab anteriori eccleſiæ parte, Via, quæ olim Corneliorum Vicus, ab alijs Via Martyrum, ab alijs Scala mortuorum, nunc S. Agathæ Burgus appellatur; Lateralis ampla ad radices Collis, qua parte Balnea Pauli Æmilij extabant, ad S. Mariam Maiorem ducit, Suburæ planæ imminet, vndè alius ad Quirinalem aſcenſus patet.

Ceterum Andreas Fuluius æuo ſuo fuiſſe incruſtatione, & varietate mar-

mo-

morum conſpicuam hanc D. Agathæ eccleſiam teſtatur Antiq. lib.2. agens de Monte Quirinali.

## CAP. V.

### An Eccleſia S. Agathę in Subura ſemper fuerit Diaconia: Ac de varia eius denominatione.

EA fuit antiquę Vrbis Romę religio erga D. Agatham, vt non tantùm altaria & oratoria, ſed eccleſias etiam, monaſteria, & loca ſacra ei erexerit & ædificauerit, quarum vna in Regione trans Tiberim, altera in Subura ſolummodo ſuperſunt. Hęc appellatur à Diuo Gregorio ECCLESIA: A Panuinio, PRIMA VRBIS ABBATIA, cuius Abbas vnà cum nouemdecim reliquis aſſiſtebat Romano Pontifici in Ara- De Baſil. Later.

ma-

maxima Sacroſ. Baſilicæ Lateranenſis ſacrificanti; & ab Othone Friſingenſi vocatur MONASTERIVM, quod priùs alijs poſt Cardinales Diaconos & Presbyteros electioni Victoris Quarti Pſeudopontificis obediuit. Nec ante annum Chriſti 1216. Diaconali titulo fuiſſe decoratam ſequẽtibus argumentis probari exiſtimo.

Lib.2.c.7.

Anaſtaſius Bibliothecarius, qui de pluribus ſacris locis D. Agathæ dicatis ſæpè verba facit, mihi videtur apertiſſimè declaraſſe in Leone Tertio eccleſiam S. Agathæ in Subura diuerſam fuiſſe ab eius Diaconia, dum dona vtrique ab eodem Pontifice collata ſic enumerat.

S. Agathæ in Subura. *Et in Monaſterio S. Agathæ Mar. ſuper Suburam fecit veſtem rubeam alythinam habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum periclyſi de chryſoclauo.* & paulo inferiùs.

Sed

*Sed & in Monaſterio S. Andreæ, qui ponitur in Cliuo Scauri, ſimiliter fecit coronam ex argento puro penſ. lib. quinque. Et in Monaſterio B. Agathæ Mar. quod ponitur ſuper Suburam ſimiliter fecit.* & infra ibid.

*Immo verò & ſarta tecta Baſilicæ Beatæ Agathæ Mar. ſitæ ſuper Suburam, quæ præ nimia vetuſtate iam emarcuerant, nouiter reparauit.*

Diaconiæ S. Agathæ. *Et in Diaconia S. Agathæ ſimiliter fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blattin.* & infra.

*Immo & in Diaconia S. Agathæ ſimiliter fecit coronam ex argento pen. lib. quinque.* & infra.

*Porrò in Diaconia S. Agathæ Mar. fecit ipſe Sanctiſſimus Pontifex veſtem albam holoſericam habentem in gyro de tyrio, & in medio hiſtoriam Reſurrectionis.*

Cencius [a] Camerarius, qui vixit an. 1216. meminit Diaconiæ [b] S. Agathæ

[a] In Bib. Vat. MS.
[b] P. 146.

c P.153. thæ, Monaſterij [c] S. Agathæ, & Eccle-
d P.147. ſiæ [d] S. Agathæ trans Tiberim.

Prouincialia aliquot (vbi Titulares & Diaconales Eccleſiæ recẽſentur) impreſſa, & manuſcripta peruetuſta legi, & pleraſq. Pontificiarum Bullarum ſubſcriptiones Cardinalium obſeruaui, nec reperire potui Diaconiam S. Agathæ appellatam vnquam fuiſſe de Subura, vel de Caballo, aut ad Equos marmoreos, aliòque cum adiuncto, vt Panuin. & Ciac. in ſuis de vitis Pontificum & Cardinalium commentarijs notarunt.

Nicolaus Seniorilis, qui vixit ſub Martino V. anno circiter 1417. in ſuo de Vrbis Eccleſijs tractatu, eaſdem in tres, vt ipſius verbis vtar, partitas diſtinguit, videlicet Sancti Thomę Apoſtoli, SS. Duodecim Apoſtolorũ, ac SS. Coſmatis, & Damiani. In prima S. Thomæ partita enumerat, inter alias, S. Bonoſam, S. Agatham, & S. Chryſogonum,

quæ

quæ ſunt in Regione trans Tiberim. In ſecunda partita apud eundem habemus præ cęteris S. Stephanum de Equo marmoreo, S. Nicolaum de Oliueto, S. Ticianum, S. Agatham de Caballo, S. Mariam Magdalenam, & S. Suſannam, quæ videntur eſſe ſitæ in Colle Quirinali. In tertia recenſet S. Vitalem, S. Andream, S. Mariam in Puteo Probę, S. Agatham, SS. Sergium & Bacchum in Subura, SS. Petrum & Marcellinum in Subura, & S. Saluatorem in eadem. Ex his clarè patet S. Agatham de Subura diuerſam fuiſſe ab alia de Caballo; ſicuti etiam Monaſterium S. Agathæ de Subura differre videtur ab eius Diaconia. Nec in tanta authorum taciturnitate datur locus inueſtigandi huiuſmodi veram, & antiquam Diaconiam, de qua Anaſtaſius, & Cencius ſupra relati; niſi forſan credere velimus illam eſſe, quā ſolo æquatā propè Amphitheatrū

Titi ſe vidiſſe teſtatur Ligorius, aut aliã de Caballo in Quirinali, cuius meminit Nicolaus Seniorilis in tertia partita; cuius ego nullum reperire veſtigium, aut aliam mẽtionem apud authores potui.

Verùm cum nobis conſtet, poſt annum Chriſti 1216. nullam, præter hanc noſtram, fuiſſe Diaconali titulo inſignitam, & ſemper reperiatur hæc Diaconia S. Agathæ ſimpliciter, nec alio adiuncto notata, cogor affirmare Diaconalem titulum Pontificum authoritate ad hanc noſtram in Subura, cæteris ſub inuocatione D. Agathæ præſtantiorem, fuiſſe tranſlatum.

Nec officit, Eccleſiam Sanctę Agathæ de Equo marmoreo, quam alij de Caballo appellant, quamq. diuerſam à noſtra ſuperiùs ex Seniorili fuiſſe probaui, appellari Diaconalem à Panuinio poſt dictũ tempus, qui Pyrrhum Gonzagam huius Diaconiæ Cardinalem

in

in ſecunda Clementis VII. creatione recẽſet: Nam Panuinius nullius authoritate nixus S. Agathæ Diaconiam nũc abſoluto & proprio, nũc alienis adiunctis deſignato cognomine appellauit, & in retro creationibus Cardinalium nuſpiã huiuſmodi Diaconię mẽtionem fecit; poſt obitum verò Herculis Rangonis Gonzagam optaſſe eandem Diaconiam affirmat; quam non amplius in Equo marmoreo vel de Caballo, ſed ſimpliciter S. Agathæ nominat ad obitum eiuſdem Gonzagæ; & certiſſimum eſt, Herculem Rangonem fuiſſe Diaconum noſtræ S. Agathæ in Subura, ibiq. ſepultum, & illius in eadem ſucceſſorem fuiſſe dictum Gonzagam.

Nec eſt opus in dubium reuocare, an Baſilica vel Cœmeterium S. Agathę extra Portam Traianam ſiuè Aureliam ſiuè S. Pancratij, cuius meminit Anaſtaſius in Symmacho, & Leone IV. fue-

rit hæc Diaconia; Nam Diaconiæ, quibus prȩerant Cardinales Diaconi, erãt loca intra Vrbem per Regiones diſtincta ad egenis neceſſaria ſubminiſtrandum, ex quarum numero non potuit hæc eſſe extra Vrbem. Idem aſſerere poſſumus de alijs apud [a] Aphrici, in Monaſterio [b] Tẽpuli, trans [c] Tiberim, & in [d] Poſterula, cũ non ad Equos marmoreos, aut in Subura, ſed alio nomine appellatas, alijſq. in Regionibus ſitas Anaſtaſius aſſeueret. Ceterum laudabili antiquo more nunquam dimittendi ſemel acceptum Tituli ſeu Diaconiæ locum, & nomen perturbato, inualuit vſus erigendi Diaconias in Titulos, & è contra; vt accidit Diaconiæ S. Agathæ, quam omnium primus Titularem creauit, & conceſſit Bartholomæo Martino Alexander VI. Mox Diaconatui reſtituit Leo X. eamq. conceſſit Herculi Rangoni, & Paullus III.

[a] Anaſt. in Leon. IV.
[b] Ibid.
[c] In Gregor. II.
[d] In Bened. III. & Nic. I.

Tibe-

Tiberio Criſpo, qui ſub Iulio III. tranſlatus ad ordinem Presbyterorum eandem Diaconiam retinuit denuò in Titulum euectam. Sixtus V. vt Diaconiã contulit Card. Hieronymo Matthæio, & Gregorius XV. vt Titulum M. Antonio Gozadino, & Octauio Rodulphio. Tandem ſub VRBANO VIII. qui nunc feliciter Eccleſiæ Dei præeſt, vt Diaconiam veteri more obtinuerunt Eminentiſſimi DD. FRANCISCVS & ANTONIVS CARDD. BARBERINI.

## CAP. VI.

## De fundatione, Conſecratione, reſtauratione, & excellentia Diaconiæ S. Agathæ.

TEmpli huiuſce ædificationem leuibus valdè coniecturis Conſtan-

tino nonnulli aſſerunt ; verùm huius Imperatoris in ædificandis ſacris Ædibus magnificentia, quæ in Baſilicis Laterana, Vaticana, Oſtienſi S. Pauli, Seſſoriana, & S. Laurentij Via Tiburtina, ante oculos eſt, nihil nunc dignum ſpectatur à nobis in hac Æde, vel extitiſſe aliquando ſcriptum vllus reliquit, aut veterum ædificiorum veſtigia indicāt. Author poſtremæ editionis Theſaurorum Panciroli affirmat, hanc Ædem à S. Siluestro & Conſtantino ædificatam fuiſſe, ex antiquiſſima appellatione, *in Equo marmoreo*, quam equidem nuſquam reperire me potuiſſe ſcripſi, præterquam in Panuinio & Ciaconio incertò vagantibus. Nec mihi perſuadere poſſum pijſſimum Imperatorem, ſi huic viciniæ Ædes ſacra ædificanda fuiſſet, ſuis Thermis eiuſdem vſui non conceſſis, in earum angulo depreſſiori Ædiculam glorioſæ Virgini & Martyri

tyri excitari permiſſurum. Verùm ſi deficientibus probationibus vti licet coniecturis, omiſſa fundatoris inueſtigatione, quod ad tempus attinet, haud difficilè conſenſerim ſub eorundem Pontificis, & Imperatoris tempora anno circiter 324. à fidelibus hanc extructam Eccleſiam: Cum enim ea ſint maximè probabilia, quæ plerumque fieri conſueuerunt; frequentiùs autem templa iam olim conſtructa exornari de integro ſoleant, vbi temporis vitio priſtinum nitorem amiſerũt; valdè veriſimile eſt Ricimerem, cum iam hæc S. Agathæ eccleſia vetuſtate deformata eſſet, ad illam exornandam animum adieciſſe. Quod ſi autem hoc templum, cum Ricimer de illo in priſtinũ ſplendorem reſtituendo cogitauit, iam ætatis vitium ſenſerat, ante centum & amplius ab illo annos extructum fuerit oportet: vt hac ratione in Conſtantini

tempora exædificatio illius inciderit, vel certè proximè ad ea acceſſerit.

Anno igitur Chriſti trecẽteſimo eoq. quod excurrit, vt probabile eſt, ædificatam habemus in Valle Suburana, ſeu Quirinali Eccleſiam D. Agathæ Virg. & Mart. cuius natalis in Vrbe Roma tanta ſolennitate olim celebrabatur, vt in antiquis Ritualibus Eccleſiæ ſpecialis eius diei præfatio legeretur, quæ in Liturgicis Iacobi Pamelij to.1.pag.323. habetur his verbis: *Aequum & ſalutare. Nos te in hoc præcipuè die digna laude præconij canere, in quo Agatha triumphans, hoſtia tuæ maieſtati oblata eſt: Cui tantam contuliſti victoriam, vt ipſa ſæua & aſpera victricẽ tremerent tormenta. Cuius lampas coruſcis emicat fulgoribus, vt reſeratas poli ingredi valeat ianuas. O felix & inclyta Virgo, quæ meruit Domini pro laude fidelis martyrium ſanguine clarificare ſuum. O illuſtris & glorioſa, gemine*

*illuſtrata decore, quæ inter tormenta aſpera, cunctis præclara miraculis & myſtico pollens ſuffragio, Apoſtoli tui meruit viſitatione curari. Hanc Chriſto nuptam ſuſceperunt Angelorum agmina, quæ mentis eius ſanctitatem indicarunt & patriæ liberationem. Per eundem Chriſtum, &c.* Hinc cecinit Nouidius lib. 2. Faſtor.

*Tempus idem matres retinebit Valle Quirini:*
*Munera lactiferis qua capit Ara focis.*
*A penſo & telis igitur ceßate puellæ,*
*Nullaq. ſit calathis hac operoſa die.*
*Nocte vocate Agathã: tulerint qua nõia vocem,*
*Lac veniet matri, flammaq. nulla nocet:*
*Corpora nam flammis ſacrauit, & vbera ferro,*
*Teſtis erit Catane, Virgo quid igne valet.*

Hanc ipſam S. Agathæ Eccleſiam Flauius Ricimer cum ſummam ſibi in Romanum Imperiũ vſurpaſſet authoritatem, inuitis ipſis Romanæ Eccleſiæ Pontificibus, barbarica tamen authoritate, ſibi vindicauit, in quam cum ſuis Arianis Gothis militibus conueniret. Baronius ann. 472. num. 10. & ſeq.

Hæc

Hæc ab eodem Ricimere, licèt Ariano, fuit ornata catholico more: etenim eius apſidem marmorum cruſtis, & imaginibus ſacris Saluatoris, ac duodecim Apoſtolorum ex muſiuo egregiè nobilitauit, ac eius in hemyciclo ex muſiuo pariter appoſuit inſcriptionem, quam iuuat hìc repetere.

*FL. RICIMER. V. I. MAGISTER*
*VTRIVSQVE. MILITIAE. PATRICIVS*
*ET. EXCONSVL. ORD.*
*PRO. VOTO. SVO. ADORNAVIT.*

Ex Cod. Franc. Peniæ in Bib. Vat.

Paulus IV. Pont. Max. non leuibus rationibus permotus aſſerere ſolebat, picturas has eſſe veras Apoſtolorum effigies, quod illæ certè cōprobabant Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ omninò ſunt ſimiles illis, quæ pro certis, & indubitatis in Vaticana Baſilica aſſeruantur.

Baronius ann. 472. num. 11.

Permanſit muſiuum hoc opus ad Clementis VIII. Pontificis tempora, cum

cum nimia vetuſtate fatiſcens apſis ipſa improuiſa ruina collapſa fūditùs perijt.

Ab hac Ariani hominis exornatione centum eoq. amplius elapſis annis, Gothis Vrbe Italiaq. penitùs eiectis & profligatis, S. Gregorius Magnus an. 591. ſi Baronio credimus, Eccleſiam hanc ab eiſdem Gothis vſurpatã primò, mox relictam, quod fermento Ariano videretur eſſe polluta, & proinde non ampliùs ſacra, diuinitùs excitatus adiecit animum, vt eandem ſacris ritibus expiatam ſacro cultui idoneam redderet, Deoq. ſacraret, vt refert idem Baronius ex S. Gregorij hiſce verbis. *Arianorum Eccleſia in Regione Vrbis illa, quæ Subura dicitur, cum clauſa vſque ante biennium remanſiſſet, placuit, vt in fide catholica, introductis illuc B. Stephani & S. Marthæ Martyrum reliquijs, dicari debuiſſet, quod factum eſt.*

Baronius ann. 591. nu. 43. & iux. Scoti Chronic. ann. 595.

Dialog. li. 3. c. 30.

Quæ autem tunc acciderint admiratio-

ratio-

Bar. refert ann. 591. num. 43.

ratione digna idẽ Gregorius ſic narrat. *Cum in ea* (Eccleſia S. Agathæ) *iam Miſſarum ſolennia celebrarentur, & præ eiuſdem loci anguſtia populi ſe turba comprimeret: quidam ex ijs, qui extra ſacrarium ſtabant, porcum ſubitò intra ſuos pedes huc illucq. diſcurrere ſenſerũt. quem dum vnuſquiſque ſentiret, & iuxta ſe ſtantibus indicaret, idem porcus Eccleſiæ ianuas petijt, & omnes, per quos tranſijt in admirationem commouit, ſed videri à nullo potuit quamuis ſentiri potuiſſet. Quod idcircò Diuina pietas oſtendit, vt cunctis pateſceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione Miſſarũ receſſimus. Sed adhuc nocte eadem magnus in eiuſdẽ Eccleſiæ tectis ſtrepitus factus eſt, ac ſi in eis aliquis errando diſcurreret. Sequenti autẽ nocte grauior ſonitus excreuit, ac ſubitò tanto terrore inſonuit, ac ſi omnis illa Eccleſia à fundamẽtis fuiſset euerſa, & protinus receſſit & nulla illuc vlteriùs in-*

quie-

*quietudo antiqui hoſtis apparuit: ſed per terroris ſonitum, quem fecit, innotuit, quòd ab eo loco, quem diù tenuerat, coactus exibat.*

*Poſt paucos verò dies in magna ſerenitate aëris ſuper Altare eiuſdem Eccleſiæ nubes cælitùs deſcendit, ſuoq. illud velamine operuit, omnemq. Eccleſiam tanto terrore, ac ſuauitatis odore repleuit, vt patentibus ianuis nullus illuc præſumeret intrare. Sacerdos quoque & cuſtos & hi, qui ad celebranda Miſſarum ſolennia venerant, rem videbant, ingredi minimè poterant, & ſuauitatem mirifici odoris trahebant.*

*Die verò alio cum in ea lampades ſine lumine dependerent, emiſſo diuinitùs lumine, ſunt accenſæ.*

*Poſt paucos iterum dies cum expletis Miſſarum ſolennijs, extinctis lampadibus, cuſtos ex eadem Eccleſia egreſſus fuiſſet, poſt paululum intrauit, & lampades, quas extinctas reliquerat, lucentes reperit, quas negligenter extinxiſſe ſe credens, eas iam ſo-*

*licitus extinxit, & exiens Eccleſiam clauſit: ſed poſt horarum trium ſpacium regreſſus, lampades, quas extinxerat, iterum accenſas inuenit; vt videlicet ex ipſo lumine apertè clareſceret, quia locus ille à tenebris in lucem veniſſet.*

Huius dedicationis opportunitate eandem Eccleſiam S. Gregorius pingi fecit tàm in muſiuo, quàm in coloribus & verendas Imagines illic erexit, vt habemus in epiſtola ab Hadriano Pontifice ad Carolum Magnum aſſerta. *Eccleſiam Arianorum, cuius ipſe S. Gregorius in Dialogis meminit, placuit eidem S. Gregorio, vt in fide catholica, intròductis illic B. Sebaſtiani & Beatæ Agathæ Martyrum Reliquijs, dedicare debuiſſet, quod & factum eſt, & diuerſis ipſe B. Gregorius pingi fecit eam tàm in muſiuo, quàm in coloribus, & venerandas Imagines illic erexit, & à tunc vſquè hactenus venerantur.*

Hinc oritur difficultas circa varieta-

tem

tem Reliquiarũ, quas inquit hic Pontifex Hadrianus fuiſſe Sãcti Sebaſtiani & S. Agathæ; cum eaſdem S. Stephani & S. Marthæ appellatas viderimus in Dialogis S. Gregorij relatis à Baronio. Verùm Baronij ſententia refellitur tùm ex pluribus peruetuſtis Dialogorũ S. Gregorij Codicibus Vaticanæ Bibliothecę, in quibus leguntur *Sancti Sebaſtiani & S. Agathæ Reliquiæ*; Tùm ex teſtimonio Io. Diaconi in Vita S. Gregorij lib. 2. c. 31. ac Hadriani Pont. epiſtola à Baronio relata; tùm ex cap. Arianorum. de Conſecr. diſt. 1. & ex Chronici Mariani Scoti lib. 2. Suadet hoc idem peſſima per Vrbem graſſantis peſtilentiæ lues tempore dicti Magni Pontificis, ad quam repellendã probabile eſt, & eius depulſoris Sebaſtiani Reliquias intuliſſe, & eidem (licèt hoc in præcitato loco non aſſerat S. Gregorius) vnà cum D. Agatha præſentem ædem dicaſſe:

Mos

Mos etenim huius Pontificis fuiſſe videtur inferre Reliquias illius Sancti, in cuius honorem cupiebat Eccleſiam conſecrare, vt fatetur ipſe epiſtola ad Petrum Subdiaconum Campaniæ his verbis. *Quia igitur Eccleſiam poſitã iuxta Domum Merulanã Regione Tertia, quam ſuperſtitio diù Ariana detinuit, in honorem S. Seuerini cupimus conſecrare, experientia tua Reliquias B. Seuerini ſummopere debita cum veneratione tranſmittat.*

Nec miretur quis, ſi nullam, præter hanc, reperiat Eccleſiam à S. Gregorio extra fundum proprium reſtauratam, cum ille conſtruendis, ornandiſq. auro vel argento Eccleſijs non vſque adeò magnam operam daret, ſed totus animarum lucro, quo viuenti Deo viua conſtruitur Eccleſia, vacaret; & quicquid pecuniæ habere poterat, ſedulus diſpergere, & dare pauperibus curaret. Porrò in Siculam Virginem & Martyrem

Cod. Vat. 5771.

rem, à Siculo patrimonio in ſex conſtructa Monaſteria diſtributo, arbitror inditam D.Gregorio reuerentiam. Cod. Vat. 3766. cap. 23. p. 90.

Quod autem ad Baſilicæ S. Agathæ bona pertinebat, ea recuperaturus hic verè Maximus Pontifex, ſcribit Leoni Acolytho his verbis. *Locorum venerabilium cura nos admonet de eorum vtilitate per omnia cogitare. Quia ergo Eccleſia Sanctę Agathæ ſita in Subura, quæ ſpelunca fuit aliquando prauitatis hæreticæ, ad catholicæ fidei culturam, Deo propitiante, reducta eſt; ideò huius authoritatis tenore commonitus penſiones omnium domorum in hac Vrbe conſtitutarum, quas prædictam Eccleſiam temporibus habuiſſe Gothorum conſtiterit, annis ſingulis congregare non deſinas; & quantum in ſartis tectis, vel luminaribus, aliàque reparatione eiuſdem Eccleſiæ neceſſarium fuerit, erogare modis omnibus ſtudebis. Quicquid verò exuberare potuerit, fideliter ra-*

 *tio-*

*tionibus te eccleſiaſticis inferre præcipimus.*

Ex prædictis non ſunt audiēdi ſomniantes, hanc ædem fuiſſe domum paternam, ſeu maternam S. Gregorij Magni, tùm ex eo quod iam probauimus hanc fuiſſe ſolummodo dedicatam, & ornatam à dicto Pontifice, tùm etiam, quòd eandem confundunt cū alia ædificata à Gregorio II. in domo materna, cuius meminit Anaſtaſius, quamq. omnes docti viri exiſtimant eſſe illam ſitam in Regione trans Tiberim apud S. Chryſogoni Titulum.

In Greg. 2

Gregorianum venerabile opus picturis, ſacrìſque imaginibus expreſſum, permanſit ad æuum noſtrum, quo edaci tempori cedens, ac ferè ad confuſa lineamenta redactum M. Antonius Gozadinus albario opere perpoliuit.

Leo Tertius emarceſcētia præ vetuſtate huius Baſilicæ tecta reparauit anno circiter Chriſti 800. vt Anaſtaſius

in

in eodem: *Immo verò & ſarta tecta Baſilicæ B. Agathæ Mart. ſitæ ſuper Suburam, quæ præ nimia vetuſtate iam emarcuerant, nouiter reparauit,* &c. Ibidem etiam fecit *veſtem rubeam alythinam habentem in medio tabulam de chryſoclauo cum periclyſi de chryſoclauo, & Coronam ex argento puro pen.lib.quinque.*

Gregorius Quartus, qui anno 827. ad S. Petri cathedram aſſumptus fuit, fecit veſtem vnam de olouero cum periclyſi de octapulo. Anaſtaſ. in eod.

Leone Nono in eiuſdem cathedra ſedente, illata fuerunt in hanc ædem oſſa Sanctorum Martyrum Hippolyti, Adrias, Mariæ, Neones, Paullinæ, & Dominandæ duarum Sororum, quæ ſarcophago condiderunt quidam Creſcẽtius & Gregorius, vt ſtatim dicemus.

Nullam ab anno ferè 800. ad 1500. reſtaurationem inuenio huius Eccleſię: Verùm poſt annum 1500. Ludouicus

Podocatharus Card. Presb. huius Tituli pauimentum lateribus ſtrauit, lineis marmoreis diſtinxit, Eccleſiam ornatiorem reddidit, vt eius inſignia demõſtrant, & Garimbertus teſtatur, eademq. Sanctorum Lipſana ſub Leone IX. hũc tranſlata digniorem in locum Ara erecta conſtituit, hac addita inſcriptione:

Vide Martyrologiũ Rom. die 2. Decẽb.

*Oſſa SS. Martyrum Hippolyti, Adrias, Mariæ, Neones, Paullinæ, Dominãdæ duarum ſororum ſub Leone Nono Pont. Max. per Creſcentium & Gregorium ſarcophago condita*
*LVDOVICVS CYPRIVS S. AGATHAE CARD. BENEVENTANVS*
*Templo inſtaurato, Araq. erecta digniorem in locum, vt par erat, tranſlata conſtituit.*
*IVLIO II. PONT. MAX. M.D.IIII.*

Iam cum Leo IX. pontificatum inierit an. Chriſti 1049. antiquiſſimum hoc fuiſſe Altare neceſſe eſt, ante annos nempè ferè ſexcentos conſtructum.

Hercules Comes de Rangonibus plura ad templi, ædium, & hortorum orna-

ornatum cõtuliſſe videtur, vt ex appoſitis eius inſignibus, & nomine; tũ pręcipuè ex hoc carmine ad D. Agathę effigiem ſupra maiorem Eccleſię portam poſito colligitur: Garimb. lib. 3. c. 4.

DIVA TIBI RANGO DEDICAT EFFIGIEM.

Pyrrhum Gonzagam reſtauraſſe fornicem ſiniſtrę nauis teſtantur eius inſignia, quæ adhuc ibi viſuntur.

Sixtum Quartum ad huius Eccleſiæ Diaconales Ædes æſtiuo tempore cum charioribus ſuis vitandi æſtus, & vrbanæ moleſtiæ cauſſa ſecedere conſueuiſſe ſcribit Iacobus Volaterranus. In Diar. ad 5. Feb. 1481.

Clemens Septimus ex Oſtia Tiberina regreſſus, & pontificium palatium adire prohibitus à Tiberis inundatione, monaſterium hoc S. Agathæ biduo coluit, ex quo reor putei crepidinem in viridario pulchrè ex marmore, in Literæ Princip. tom. 2. ep. vlt.

quo legitur familiaris ipſi inſcriptio,
G L O
V I
S
ideſt, *Gloria, Vita, Salus*, eiuſdem iuſſu fuiſſe ornatam, quæ adhuc viſitur.

Ptolemęus Card. Gallius monaſterium, ac diaconales ædes rudes antea, & informes plurimis ſumptibus reſtaurauit, auxit, ornauit (pręter pallium ſericum rubrum eidem donatum) vt inſignia, eiuſq. nomen plurimis in locis inſcriptum denotant.

Abſidam peruetuſtam improuiſa ruina collabefactam *Vir egregius Romanæ Eccleſiæ ornamentum* Federicus huius Eccleſię Diaconus Card. Borromęus à fundamentis reſtituit. Eiuſdem verò Hemicyclũ picturis ſacris ornauit an. 1599. Carolus à Lotharingia Borromęi in Diaconia ſucceſſor: Laterale Oſtium tiburtino marmore ſtruxit, quod etiam ligneis cancellis clauſit; templum vndique, ſpecularium quo-

Baronius ann. 472. num. 10.

que nitore, perpoliuit, & Campanam ſuo iuſſu fuſam donauit D. Agathæ, cuius imago, ac alia Beatę Mariæ Virginis vnigenitum in vlnis habentis fuſa conſpicitur cum hiſce verbis.

*CAROLVS S.R.E. CARDINALIS*
*TITVLI S. AGATHAE*
*A LOTHARINGIA NVNCVPAT. M.DC.*

Sericum quoque Pallium, Planetam & Tunicellas damaſceni operis rubras ſuis cum inſignibus munificè donauit.

Marcus Antonius Gozadinus Cimelyarchium reſtaurauit: Turris Campanariæ peruetuſtæ ruinã minitantis maximam partem ære proprio dirui iuſſit: Viridarium diaconalis palatij floribus ac pulcherrimo fonte ornauit: E viuis excedens aureos triginta teſtamento legauit ad Oſtij Diaconiæ S. Agathæ reſtaurationem. Dat. 11. Aug. 1623.

Montis Virginis Cõgregatio Eccleſiam maiori Campana locupletauit, in

qua Ordinis ſuſum inſigne, & ſequens Inſcriptio.

✠ *In nomine Domini. Don Scipio Silueſter Generalis Montis Virginis à Mercuriano, Priore & Procuratore Don Ioanne Longo ſub Pontificatu D. N. Gregorij XIII. PTOLEMAEO CARD. COMENSI TIT. O. P. D. M. Ioanni P. M. D. LXXX.*

# CAP. VII.

## De Curatoribus Eccleſiæ S. Agathæ.

DEdicata Eccleſia S. Agathæ non longè à Conſtantini temporibus, nec vllis tunc temporis Regularibus Ordinibus exiſtētibus, aliquot exceptis religioſis viris calybitis & eremitis, extra Vrbes forſan degentibus, à veritate non alienum arbitror credere, Clericos ſeculares illā gubernaſſe etiam Gothorum tempore. Clauſa deinde per

biennium remanſit, donec S. Gregorius denuò illam dedicauit, eiuſq. curã Leoni acolyto tradidit, vt in eius epiſtola ſuperiùs allata.

Quamdiù Clerici habuerint curandam adhuc ſcire deſidero; verùm quia reperio apud Anaſtaſium in Leone III. hanc Eccleſiam appellari Monaſteriũ; apud[a] Panuiniũ Abbatiam; tum apud Othonem Friſingẽſem[b] Monaſterium, quod obediuit electioni Victoris IV. Pſeudopontificis an. 1159. monachos hìc habitaſſe facilè conſtat.

[a] De Baſil. Later.

[b] Lib. 2. cap. 67.

Hinc aliò forſan monachis trãſlatis, iterum Clericos eandem obtinuiſſe anno circiter 1198. colligo ex cap. Querelam. 24. de elect. & elec. pot. Porrò Canonicos ſeculares inibi fuiſſe inſtitutos coniectari poſſum ex conceſſione Canonicatus ad fauorem Ceropauli Nicolai facta per Bonifacium Papam IX. tertio idus Nouembris Pontificatus I.

cuius

cuius Bullam ſe vidiſſe mihi retulit in Romana Curia Reſidens pro Sereniſſimo Mantuæ Duce D.Carolus de Caſtello Collegiatæ S.Mariæ in Coſmedin Canonicus.

Nuſquam reperire potui, an ſuppreſſi vel aliò tranſlati fuerint hi Canonici; Sed anno 1567. hanc Eccleſiam tunc Titularẽ Presbyteri Cardinalis Pius V. donauit Ordini Humiliatorum extincta Parochia, eiuſq. parochianis ad Sancti Saluatoris de Subura tranſlatis: Et licèt dictum Ordinem idem Pontifex aboleuerit, nihilominus Eccleſiã duobus presbyteris cum vno adminiſtro, quoad viuerẽt, cuſtodiendã aſſignauit.

Anno 1576. Gregorius XIII. ne Presbyter Cardinalis ſolius Tituli appellatione gauderet, eccleſiam pro tempore exiſtenti Titulari protegendam tradidit.

Anno 1579. idem Gregorius de cõ-

ſenſu

ſenſu Ptolemæi Gallij tunc temporis Card. Titularis conceſſit Congregationi Montis Virginis Eccleſiá S. Agathæ, vt eidem in diuinis Monachi deſeruirent: Quos Paulus V. anno 1611. Abbatis regimini ſubeſſe iuſſit. In Conſt. Regimeni Pont. an. 8.

# CAP. VIII.

## De Reliquijs & Indulgentijs Diaconiæ S. Agathæ.

PRæter SS. Agathæ & Sebaſtiani Reliquias à S. Gregorio ſub ara maxima, vt creditur, locatas, & alias in Sanctæ Agathæ ſacello per Ludouicum Card. Beneuentanum conditas, vt ex inſcriptione ſupra docuimus, Sanctæ quoque Iuſtinæ Virg. & Mar. pede decoratur. Hunc (cum Paulus V. Pont. Max. eiuſdē S. Iuſtinæ corpus ad Montis Virginis Monaſteriū transferendum

do-

donaſſet) Michael Angelus Card. Tontus Congregationis Protector argẽteo crure incluſit, deditq. in hac Diaconia venerandum.

Indulgentiarum theſauro abundè quidem fuiſſe ditatam inſignem hanc ædem crediderim; at in tanta rerum obſcuritate quid certi reperire non datur: Vnus adeſt Baptiſta de Brunelleſchis Monachus Vallumbroſanus, qui plures inſignium Eccleſiarũ Reliquias anni 1514. enumerans, hæc inquit. *Itẽ in Eccleſia S. Agathæ Virg. & Mart. omni die ſunt anni 3000. Indulgentiarũ.* Et licèt nõ explicet, an in Subura aliòve loco ſit ea, de qua loquitur, Eccleſia, cenſeo de noſtra intellexiſſe, tum quia poſt S. Pudentianæ templum illam recenſet, tùm quia nulla inſignior tunc temporis D. Agathæ reperiebatur Eccleſia.

MS. in Bib. Vat.

Gregorius XIII. omnibus peccatorũ

con-

confeſſione expiatis, ac ſacra Communione refectis, qui à primis Veſperis ad diei occaſum, quo B. Agathæ memoria repetitur, hanc Diaconiam adirent, in eàque preces funderent, plenariam omnium peccatorũ remiſſionem perpetuò indulſit.

## CAP. IX.

## Diaconi, Titulares, ſeu Commendatarij S. Agathæ.

I. ODERISIVS ex COMITIBVS Marſorum Monachus & Abbas Caſinẽſis 1059. 14. Martij
à Nicolao Secundo Diac. Card. S. Agathæ creatus: Ad Titulum presbyteralem tranſlatus Diaconiam dimiſit ſub Vrbano II. Hic genere nobilis, ſapientia præclarus, ac vitæ ſanctitate conſpicuus appellatur à Mattheo Laureto: Interſuit conſecrationi Caſinenſis Eccle-

ſiæ

ſiæ ab Alexandro II. Papa peractæ, in-
uentioniq. corporum SS. Benedicti &
Scholaſticæ, quæ ibidem exiſtere teſta-
Cap. 26. de vera exiſt. corp. S. Bened. tus eſt epiſtola, quam apud eũdem Lau-
rerum habes impreſſam. Obijt Caſini
anno 1105. quarto nonas Decembris
ſub Paſchali Secundo.

1112. II. Oderisivs de Sangro aliàs Sangre-
tanus monachus & Præpoſitus mona-
ſterij Caſinatis Diac. Card. S. Agathæ
creatus circa annum Chriſti 1112. Di-
miſit Diaconiam ſub Calliſto Secundo
an. 1122. menſe Martio, Pontificatus
tertio tranſlatus ad Sanctũ Cyriacum
in Thermis. Obijt, vt reor, ſub Ho-
norio Secundo, nam elector extitit hu-
ius Pontificis, quo defuncto nulla am-
plius mentio huius Card. reperitur.

1122. .. Decẽb. III. N. notatur Diaconus Card. San-
ctę Agathę à Ciac. p. 481. D. & 488. B.
Suſpicor, vel Oderiſium præcedentem
fuiſſe, vel alterũ huius nominis, quem
partes

partes Anacleti Secundi Pſeudopontif. ſequutum vidi ſubſcripſiſſe priuilegio S.Sophiæ Beneuẽtanæ in Cod.Vat.MS.

His temporibus alij nè extiterint Diaconi Cardinales huius Eccleſiæ incompertum eſt mihi, præſertim ex eo, quod ab Honorio Secundo vſque ad Bonifacium VIII. Cardinalium numerus ita diminutus euaſit, vt Tituli vacarent, vel in commendam conſtituerentur. plura exempla, ſi locus eſſet, afferrem; ſed nunc præter Panuinij authoritatem, & ſequẽtem Clementis V. Conſtitutionem, alia probatione non indigemus.

IV. Vitalis Sabellvs Card.S.Agathę 124..
creatus ab Innocentio IV. Sic author Nomenclatoris S. R. E. Cardinalium ſcriptum reliquit. Præter hoc nil amplius potui reperire.

V. Bernardvs de Garvo de S. Liberata, Clem. V. conſobrinæ filius, noſtræ

S. Agathę Diaconus exiſtimatur, ad quẽ idem Clemens hęc ſcribit, quæ ex ſchedis Reuerendiſſimi D. Ioſephi Suareſij viri multiplici eruditione celebris, olim inſigni Bibliothecæ BARBERINÆ Præfecti, nunc digniſſimi Vaſionen. Eccleſiæ Præſulis, exſcripſi. *Dilecto filio Bernardo S. Agathę Diac. Card. ſalutẽ, &c. Dudum ſiquidem ad Cardinalatus dignitatem te duximus promouendum, & Eccleſiam S. Agathæ de Vrbe curam animarum habentem per Diaconum Card. ſolitã gubernari, quæ titulus tui cardinalatus exiſtit, tibi duximus concedendam, ac ipſius necnon poſtmodum S. Mariæ in Dompnico de Vrbe per Diaconum Card. ſimiliter ſolitæ gubernari, ac proprio Card. carentis, Eccleſiarum curas & adminiſtrationes in ſpiritualibus, & temporalibus ſolicitudini tuæ cõmiſimus gerendas, &c. Dat. in Prioratu de Grauſello propè Malauſanam Vaſionen. Diœc. 5. kal. Iun. Pontific. an. VII.*

Domnica.

Cia-

Ciaconius eundem ex Diacono S. Euſtachij refert Presbyterum S. Clemētis, notàtque Auenione obijſſe ſub Ioanne Vigeſimoſecūdo, ſepultùmque ad Minores: at in ſerie mortuorum ſub eodē huius obitū omittit, & inter Cardd. incerto tempore mortuos recēſet Bertrandum de Geraruo Presb. S. Clementis eodem loco mortuum & ſepultum, quem nihilominus reperio in Panuinio eundem fuiſſe cum ſupradicto Bernardo. P.838.D. P.874.B. Pag.187.

VI. Galeotus Tarlatus de Petra mala Aretinus Thuſcus ab Vrbano VI. Diac. Card. S. Agathę, quam dimiſit an. 1387. in Pentecoſte, quo ad Clementem Septimum Pſeudopontificem aufugit, & ab eodem inter Cardd. Diaconos adſcriptus habuit Eccleſiam S. Georgij in Velabro. Ex quo corrigendus Ciaconius in Vrbani VI. prima Cardd. creatione pag. 983. A. & vbi dicit Diacon. 1378. 18. Sept.

F Card.

Card. *S.Georgij in Velabro* reponendum *S.Agathæ*, quod etiam patet ex eodem Ciaconio ibid. lit. B. Deficiens autem à Clemente reuertitur ad Vrbanum VI. à quo fuit reſtitutus ad priſtinam Purpuræ dignitatem; cui redditã fuiſſe etiam Diaconiam S.Agathæ reor, cum inter mortuos ſub eodem Vrbano, eiuſdem Eccleſiæ Diaconus Cardinalis appelletur. Quod ſi eſt verum, vt etiam Panuinius cum Ciaconio alibi aſſerit, delenda ſunt ea verba in Ciac. pag. 983. B. *Quo mortuo* (Clemente VII.) *Comitijs Benedicti XIII. interfuit.* Nam Comitia huiuſmodi celebrata ferũtur an. 1394. & obitus Vrbani VI. notatur ad an. 1389.

1397. 21. Dec. VII. LVDOVICVS de BARRO Gallus à Benedicto XII. Antipapa Diac. Card. Sanctæ Agathę, poſtea Presb. Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum ab Alexandro V. die Lunæ prima men. Iulij an. 1409. in Concilio Piſano; Et Epiſcopus Portuen-

tuenſis à Ioanne XXII. Mortuus eſt Virduni an. 1430. ibiq. in Cathedrali ſepultus.

VIII. Francisco Gonzagæ Card. commendatam fuiſſe reperio Diaconiam S. Agathæ in Diario Iacobi Volaterrani ad diem 5. Feb. 1481. Hæc enim ibi legi. *Meridiano Sole exiuit Pontifex ad Agathenſe Sacellum in Quirinalis collis cliuo poſitum, quod commendatum eſt ampliſſimo Patri Franciſco Gonzagæ Diacono Card. in cuius coniunctas ædes ſatis commodè constructas æstiuo tempore cum carioribus ſuis vitandi æſtus, & vrbanæ molestiæ cauſſa ſecedere conſueuit.* 1481.

IX. Bartholomævs Martinvs Valentinus Hiſpanus Presb. Card. S. Agathæ erectæ in Titulum ab Alexandro VI. vt notaui in Ciac. noua editione pag. 1333 lit. B. Obijt menſe Ianuario Epiſcopus Segouienſis. 1496. 9 Martij.

X. Lvdovicvs Podocatharvs Nicoſien- 1500. 28. Sept.

 ſis

ſis, Cyprius, Epiſcopus Caputaquenſis, vulgò de Capacho Presb. Card. Tituli S. Agathæ, qui vacauit per eius obitum die 25. Iulij 1506. vt inquit Ciaconius pag. 1388. C. Verùm locum hunc Ciaconij mendoſum cenſeo tùm ex eo, quod Gabriel ſucceſſit in Diaconia an. 1505. tum ex Cod. Vat. MS. hæc dicente. *Moritur Romæ 25. Aug. 1504. & ſepelitur in S. Mariæ de Populo ſepulcro marmoreo vnà cum Altari conſtructo propè Portam ſacrarij è Regione ferè Eucharistiæ cum Epitaphio.*

Hunc laudauit Thomas Phœdrus Volaterranus & eius laudatio extat.

1505. 12. Dec. XI. Gabriel de Gabrielibus Fanenſis, Epiſcopus Vrbinas, à Iulio II. Cardinalis creatus die Veneris 12. Decembris 1505. (non autẽ menſe Februario eiuſdẽ anni, vt inquit Ciac.) Nam Pariſ. de Graſſis inquit, creationem Cardinaliũ, inter quos hic adnumeratur, fuiſſe con-

concluſam in Conſiſtorio die Lunę prima Decembris 1505. deinde die Veneris 12. Decembris eoſdem creatos & publicatos; quibus die 19. os clauſum, & 22. apertum fuiſſe cum Titulorum aſſignatione. Moritur Romæ die 5. Nouembris 1511. & ſepelitur in S. Praxedis, ſepulcro temporario cum Epitaphio infraſcripto.

*M. D. XI.*
*Die 5. Nouembris mortuus*
*die 3. moriens fecit*
*GABRIEL EX FANO FORTVNAE* Ex Cod. Vat. MS.
*ex gẽte ſui nominis, cooptatus in S. Collegiũ Cardd.*
*á D. Iulio II. P. M. clementia ſuæ Sanctitatis*
*rediens ex Legatione Peruſina hic defunctus eſt.*
*Vix. ann. 46.* iacetq. ſub hoc paruo lapide, literaſq.*
*græcas in ſuo ſenio non ignorabiliter didicit, cum*
* καλὸν γέροντα τῶν ἑλλήνων μαθεῖν.

* Aliàs 66. vt alius Cod. Vat. MS.

* Bonũ ſit ſenẽ Græca addiſcere.

*Si pius es quicunque legis, concede parumper,*
*Atque genuflexus murmure funde preces.*
*Te rogat hoc ſaxum, Gabrielis & vmbra ſepulti,*
*Proq. tuo tali munere munus habe.*
*Sint tibi felices anni dum vita manebit,*
*Sitq. leue ad ſuperos cum morieris iter.*

Ignoro quamdiù S. Agathæ Titulum retinuerit, quòque tempore alium Sanctæ Praxedis optauerit.

De hoc Cardinali Paulus Corteſius li. 2. cap. De Amicitia Cardd. pag. 61. Hinc corrigendus Ciaconius ad Chriſtophorum Anglicum, qui tempore ſuſcepti Cardinalatus non Sanctę Praxedis, ſed SS. Petri & Marcellini Titulũ obtinuit, vt notat author Codicis Vaticani MS. aliàs inueriſimile eſſet, Gabrielem obijſſe cum Titulo S. Praxedis an. 1511. die 5. Nouembris, ſi Chriſtophorus Anglicus habuiſſet pileum rubrum cum titulo S. Praxedis menſe Martio eiuſdem anni 1511. quem Titulum vſque ad extremum vitæ retinuit, vt liquet ex eodem Ciac. in eius vita, & obitu, ac in ſerie Cardd. electorum Leonis X.

1517. 1. Iulij. XII. Hercvles Comes de Rangonibvs Mutinenſis Diaconus Card. S. Hadriani, tùm ſub Leone X. S. Agathæ. Obijt

cum

cũ eſſet huius Eccleſiæ Diac. an. 1527. in eàque ſepultus iacet.

XIII. Pyrrhvs Gonzaga Mantuanus electus Epiſcopus Mutineñ Diacon. Card. S. Agathæ. Obijt ſecundùm Ciaconium menſe Aprili anni 1529. ſecundùm D. meum Vghellum anno 1527. 1527. 3. Martij.

XIV. Franciscvs Pisanvs Venetus electus Epiſcopus Patauinus ex Diac. Sancti Theodori Diaconus S. Agathæ, poſtea S. Mariæ in [a] Coſmedin, tùm S. Mariæ in [b] Porticu à Clem. VII. an. 1533. (contra [c] D. Vghellum, qui ex Diacono S. Theodori facit Diaconum S. Marci) ex qua gradum feciſſe ad S. Marci arbitror, cũ eandem die 27. Ianuarij 1543. referat retinuiſſe author Cod. Vat. MS. Poſtea Epiſcopus Albanus, Tuſculanus, Portuenſis, Oſtieñ, & Veliternus. Obijt ſub Pio V. an. 1570. 3. Kal. Iunij. 1529.

[a] Ciacon. p. 1481. F.
[b] Matraia in hiſt. huius Diac. p. 47. Victorell. ad Ciacon. p. 1428. F.
[c] Ad Ciac. p. 1492. A.

XV. Tiberivs Crispvs Romanus Diaconus S. Agathæ ſub Paulo III. tùm 1545. 7. Ianuarij

Presb. eiuſdem ſub Iulio III. die 20.
Ciacon. p.1693.D. Nouemb. 1551. Reliquit Titulũ S. Agathæ die 18. Maij 1562. Archiepiſcopus Amalphitanus, mox Presb. S. Mariæ trans Tiberim, Epiſcopus Sueſſanus & Sabinus. Obijt Sutrij prid. non. Octobris anni 1566. ibid. in Cathedrali ſepultus.

1562. 18. Maij. XVI. Fvlvivs Cornevs Ciuis & Epiſcopus Peruſinus, Iulij Tertij ſororis filius Presb. S. Mariæ in Via ſub eodẽ; S. Bartholomæi in Inſula, poſtea S. Stephani in Cœlio Monte ſub Paulo IV. quo S. Stephani relicto optauit Titulũ San-
Ciac. l. c. ctæ Agathæ ſub Pio IV. & ſub eodem S. Agnetis, & S. Angeli, ex quo, Pio V. ſedẽte, ad titulũ S. Laurentij in Lucina, & S. Hadriani gradum fecit. Sub Gregorio XIII. Epiſcopus Albanus, Præneſtinus, & Portueñ. Obijt die 2. Martij 1583.

1565. 7. Febr. XVII. Io. Michael Sarracenvs Neapoli-

politanus, Acheruntinus Archiepiſcopus, & Materanus; Presb. Card. S. Mariæ de Ara Cæli ſub Iulio III. deinde ſub Paulo IV. Tituli S. Anaſtaſiæ, mox S. Agathæ, tùm S. Mariæ trans Tiberim, Epiſcopus Lycienſis, poſtea Sabinenſis. Obijt 5. Kal. Maij 1568.

XVIII. Io. Baptista Cicada Genuenſis, Ingaunorum Epiſcopus, Presbyter Card. S. Clementis ſub Pio V. Optauit Titulum S. Agathæ cũ retentione prioris denominationis, quem dimiſit ſub eodem 30. Aprilis 1568. ex quo aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Sabineñ, licèt Ciac. pag. 1721. B. ab hoc recedat, & dicat dimiſſo Titulo Sãctę Anaſtaſiæ optaſſe Epiſcopatum Sabineñ. Obijt Romæ an. 1570. 6. id. Aprilis. 1565. 7. Nouẽb. Ciacon. p. 1730. B.

XIX. Ptolemævs Gallivs Nouocomenſis, Martorani Epiſcopus, ac deinde Sipontinus Archipræſul, Presbyter S. Theodori 18. Maij 1565. ex quo ad 1568. 14. Maij. Ciacon. p. 1694. C.

S. Pan-

Idē ibid. lit. D. S.Pancratij, tum ad S. Agathæ, mox ad S.Mariæ de Populo tranſlatus fuit. Sub Pio V. Epiſcopus Sabinus, deinde Tuſculanus, & Oſtieñ. Obijt Romæ 3. Februarij 1607. Congregationis Montis Virginis Protector.

1587. 20. April. XX. Hieronymvs Matthæivs Romanus Diac. Card. S. Hadriani, tùm S. Agathæ, mox S. Mariæ in Coſmedin, inde S. Euſtachij: Ex harum vltima gradum feciſſe ad S. Pancratij Titulũ colligitur ex Petramellario. Obitus notatur ad diem 8. Decembris 1603. qui deſideratur inter Cardinales mortuos ſub Clemente VIII. in nouo Ciac.

1587. 11. Sept. XXI. Benedictvs Ivstinianvs Genuenſis ex Diac. S. Georgij aſſumptus fuit ad Diaconiam S. Agathæ, qua dimiſſa 13. Ciacon. p. 1832. B. Martij 1589. aliam S. Mariæ in Coſmedin optauit, non autem S. Nicolai in Carcere, vt inquit D. Victorellus. Tum Ad idem p. 1802. F. ſub Gregorio XIV. tranſlatus ad ordinem

nem Presbyterorum optauit Titulum S.Marcelli 14.Ianuarij 1591.Sub Clemente VIII. 17.Martij 1599. S.Priſcæ magno ſumptu à ſe reſtitutum: Nec ex hoc ad Epiſcopatum Portuẽſem aſcendit, ſed alium S.Laurentij in Lucina titulum obtinuit die 17. Auguſti 1611. deinde Epiſcopatum Præneſtinum 6. Iunij 1612. mox Sabineñ 16. Septemb. 1615. poſtremò 31.Aug.1620. Portuenſem, & 6. Kal. Aprilis 1621. Obijt Romæ ſepultus ad Mineruam. Idẽ Ciac. p.1848.F.

XXII. Federicvs Borromævs Mediolaneñ an.1587.18.Decembris creatus Diac. Card. habuit Eccleſiã S.Mariæ in Dominica 15.Ian.1588. & die 11.Ianuarij 1589.optauit SS.Coſmæ & Damiani. Ex hac tranſitum fecit ad Diaconiam S.Agathæ anno 1589. tùm ad aliam S.Nicolai in Carcere aſcendit anno 1591. 14.Ianuarij. Ad cuius Altare maius ſacra SS.Marci, Marcellini, Fauſtinæ 1589. 13. Martij

ſtinę & Beatricis Martyrum Lipſana ex veteri & inculta confeſſione tranſtulit, eiſdèmque in marmoreo labro locatis Aram pulcherrimo ciborio quattuor columnis ſuffulto ornauit. Diaconiam viſitauit, eiùſque Canonicos optimis Conſtitutionibus, quæ in hunc vſque diem ſeruantur & vigent, inſtruxit. Sacras veſtes albi coloris damaſceni operis ad ſacra ſolennia celebranda munificè donauit. Anno Iubilei 1600. Altare maius S. Mariæ Vallicellæ Congregationis Oratorij honorificentiſſimum ſuis ſumptibus extruxit. Tandem cum eſſet Mediolaneñ Archiepiſcopus die 21. Septembris 1631. maximo ſuæ Eccleſiæ detrimento, & Mediolanenſium mœrore defunctus eſt. Funere maximis ſumptibus celebrato, ac Paulo Areſio Epiſcopo Tortonæ italicè primò, tum Donato Ferrario latinè ſecundò orante corpus ad Altare B. Mariæ Virginis

Aug. Val. de Iub.

ginis de Arbore in Cathedrali tumulatum in ſepulcro, quod viuens ſibi conſtituerat cum hac inſcriptione.

*FEDERICVS CARD. BORROMAEVS ARCHIEPISCOPVS MEDIOLANI SVB PRAESIDIO BEATISS. VIRGINIS HIC IACET.*

XXIII. Carolvs à Lotharingia Ducis Lotharingiæ filius, Electus Meteñ & Argentineñ, *Catholicæ fidei amator & à veteri Lotharingiæ familiæ pietate minime degenerans* ad Cardineam dignitatem promotus à Sixto V. anno 1589. Obtinuit ſub Gregorio XIV. 5. Aprilis 1591. Diaconiam S. Agathæ vacantem per tranſlationem Card. Iuſtiniani ad Sãctæ Mariæ in Coſmedin, vt inquit D. Vghellus ex Actis Conſiſtorialibus, ex quibus nihilominus conſtat à Iuſtiniano fuiſſe dimiſſam 13. Martij 1589. Quicquid autem ſit de hac contrarietate certũ eſt inter Iuſtinianum, & Lotha-

1591. 5. Aprilis.

Aug. Val. loc. cit.

Ad Ciac. p. 1849. A.

Ibidem p. 1832. B.

tharingum interceſſiſſe Borromæum, cuius propter optionem S. Nicolai in Carcere hæc D. Agathæ vacabat. Obijt Lotharingus 24. Nouembris 1607.

1608. 10. Dec. XXIV. Aloysius Capponius Florentinus Diac. Cardinalis an. 1608. creatus à Paulo V. Præficitur eodem anno Eccleſiæ S. Agathæ, quam dimiſit 13. Ianuarij 1620. aliam S. Angeli in Foro Piſcium aſſumens; mox S. Caroli ad Catinarios tùm primò erecti loco S. Blaſij de Anulo ſuppreſſi & profanati; deinde S. Petri ad Vincula; poſtremò an. 1629. 13. Kal. Septembris S. Laurentij in Lucina Titulum optauit & retinet.

XXV. M. Antonius Gozadinus Bononienſis (de cuius S. Agathæ Diaconia vel Titulo, ac obitu nulla eſt mentio in nouo Ciac.) Titularis fuiſſe videtur

Dat. 28. Sept. 1623. Pont. I. S. Agathæ ex Breui Vrbani Papæ VIII. incipień *Cum per obitum bonæ memoriæ M. Antonij Tituli Sāctæ Agathæ Presbyteri Card.*

*Card. Gozadini nuncupati Congregationis Montis Virginis, dum vixit, Protectoris nuper apud Sedem eandem defuncti*, &c. Obijt S. Agathæ Titularis & Epiſcopus Fauentinus, vt in ſuo Teſtamento 11. Aug. 1623. per Acta Bonincontri Notarij Capitolini, iacètque ſepultus in Æde S. Andreæ de Valle cum hoc Epitaphio.

*D. O. M.*
*M. ANTONIO GOZADINO BONONIENSI*
*S. R. E. CARDINALI*
*Qui Gentilium excitatus exemplis adoleſcens iuriſprudentiæ in Patriæ Gymnaſio conſecutus eſt lauream, tùm in foro diù verſatus, iuriq. mox dicendo in Capitolio præfectus, cum integritatis fama Vrbem impleſſet à Gregorio XV. conſanguineo inſignitus eſt purpura, haud longè poſt ſummè comploratus exceſſit Aetatis ſuæ anno 49. ſalutis M.DC.XXIII. Bonifacius Gozadinus ex teſt. hæres grati animi monumentum poſuit 8. Kal. Martij*
*M. DC. XXVIII.*

XXVI. Octavius Rodulphius Florentinus ex Tit. S. Agnetis in Agone, quē 1623. 7. Octob.

à Gre-

a Kal. Nouéb. 1622. in Conſt. *Romanum*. b Non. Octobris 1623. in Conſtitut. *Pontifex*.

à Gregorio XV.[a] obtinuerat, tranſlatus fuit ad S. Agathæ[b] ab Vrbano VIII. qui eundem deſtinauit Protectorem Congregationis Montis Virginis, vt in Breui 28. Septemb. an. 1623. Obijt Agrigenti 6. Iulij 1624.

1624. 13. Nou.

XXVII. Franciscvs Barberinvs Florentinus S. D. N. VRBANI PAPÆ VIII. ex fratre nepos, Princeps literarum amore, religione, & morum probitate conſpicuus, Diaconus Cardinalis Sancti Onuphrij creatus ſexto non. Octobris 1623. Tum ad Eccleſiam Sanctæ Agathæ 13. Nouembris 1624. tranſlatus. deinde Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius. & poſtremò Vicecancellarius Sancti Laurentij in Damaſo Eccleſiam obtinuit, hac dimiſſa Diaconia, in qua vt aliquod ſaltem pietatis in Beatam Agatham ſuæ veſtigium extaret, cum deforme ſquallidùmque ſuperimpenderet tectum, ſplēdidum auro

lacu-

lacunar fieri curauit, in quo hæc legitur inſcriptio.

AGATHÆ
VIRGINIS. SANCTISSIMÆ
MARTYRISQVE. FORTISSIMÆ
ÆDEM
CARDINALIS
FRANCISCVS. BARBERINVS
AVRATO. LACVNARI. CONTEXIT
ANNO. M. DC. XXXIII.

XXVIII. Antonivs Barberinvs S.D.N. VRBANI PAPÆ VIII. nepos, Equitum Hieroſolymitani Ordinis in Vrbe Prior, Princeps excelſitate animi, & liberalitatis magnificentia clarus, 30. Auguſti 1627. Sanctæ Romanæ Eccleſię Diaconus Cardinalis creatus, & 7. Februarij 1628. publicatus, 28. die eiuſdem obtinuit Diaconiam Sanctæ Mariæ in Aquiro: qua dimiſſa optauit aliam Sanctæ Agathæ die 29. Nouembris 1632. Cuius etiam ſacram Ædem 1632. 29. Nou.

G pro

pro ſua in B.Martyrem religione ſingulari egregiè reſtituit. Aulam enim templi in tres diuiſam naues opere tectorio illuſtrauit: fornices alicubi ruinoſos inſtaurauit: Diaconicum columellis antea ſeptum, ijs amotis, aperuit: maiorem Portam condidit: Porticum & Odeum à fundamentis extruxit, ſpecularibus nobili opere adiunctis: Ara maxima nullo opere cultuq. conſpicua diſturbata plurimas Sanctorum Reliquias continebat.

| | |
|---|---|
| *S.Agathæ Virg. & M.* | *S.Simplicij Mart.* |
| *S.Sebaſtiani Mart.* | *S.Agabiti Mart.* |
| *S.Felicis Mart.* | *S.Viuianæ V. & M.* |
| *S.Aquilini Mart.* | *S.Ruſticæ Virg.& M.* |
| *S.Iuſtæ Mart.* | *S.Saturnini Mart.* |
| *S.Serapionis Mart.* | *S.Heraclij Mart.* |
| *S.Mammeliani Mart.* | *S.Zoili Mart.* |
| *S.Cornelij PP. & M.* | *S.Antonij Mart.* |
| *S.Lucinæ Virg. & M.* | *S.Seueriani Mart.* |
| *S.Aureæ Virg. & M.* | *S.Agrippinæ V. & M.* |

*& magnam ſatis partem cinerum S.Triplinij, Proculi & Lucij Martyrum.*

Iam

## XCIX.

Iam Aram eandem ex candenti marmore condidit, vbi Sanctorũ Reliquias, & corpora præterea nonnulla ex alia eiuſdem templi Ara tranſlata decentiùs locauit in capſa plumbea, in cuius operculo hæc eſt inciſa inſcriptio.

CORPORA. SS. MARTYRVM
HIPPOLYTI. ADRIAS. ET. NEONIS
AC. QVAMPLVRIMAS. ALIAS
RELIQVIAS
CVM. SVO. NOMINE
CARDINALIS
ANTONIVS. BARBERINVS
SVB. HOC. ALTARE. COLLOCAVIT
ANNO. DOMINI. M. DC. XXXVI
DIE. III. FEBRVARII.

Altare S. Agathæ à Ludouico Cardinali Podocatharo olim erectum & ornatum euertit, ibìque in duabus Arcis Sanctorum corpora locata reperijt; videlicet in Arca ſuperiori, Corpora Sancti Hippolyti Martyris, Adrias Martyris, Sanctæ Mariæ Martyris, & Sancti Neonis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Martyris: In Arca inferiori Corpora S.Paulinæ, S.Dominandæ & aliarum duarum ſororum eius. in hac eadem Arca aderat apocha cum his verbis.

*Ego Fr. Gregorius promitto ſtabilitatem & conuerſionem morum meorum, & obedientiam coram Deo & Sanctis eius ſecundùm regulam S. Benedicti in hoc Monaſterio, quod eſt dicatū in honorem Sāctæ Agathæ, permanſurum, in præſentia D. Abbatis Theophylacti, necnon reliquorum clericorum, ſiue monachorum, vel etiam quorundam laicorum: in primis Pharulphus ſiue Robertus, atque Creſcentius, Ioannes, Anna vxor illius, Georgius Presb. Petrus, Guilido, Belizo, Marocca, Gregorius, Roſa vxor eius, Creſcentius, Stephania, Daria, Dominicus Zebomaroxi.*

Inerat item membrana, in qua huiuſmodi apocha erat exarata.

Dedicatio Altaris. *Ad honorem Domini Noſtri Ieſu Chriſti Ioannes Epiſcopus*

*pus Peneſtrinenſis Eccleſiæ hoc Altare dedicauit, Ioannes Epiſcopus, Petrus Diaconus, Andreas Iudex, Paulus Subdiaconus, Leo Presbyter, & Monachi Gregorius Abbas, Leo Presbyter & Monachus, Creſcentius Presbyter, Petrus Presbyter & Monachus.*

Obſeruandus eſt in hac inſcriptione Epiſcopus Pręneſtinenſis à Ciaconio in Leonis IX. Pontificatu deſideratus.

Huiuſmodi S. Agathæ Altare ex candidiſſimo marmore refecit, in quo plũbeam Arcam cum Reliquijs & hac inſcriptione honorificè condidit.

CORPORA. SS. MARTYRVM
PAVLINÆ. DOMINANDÆ
ET. ALIARVM. DVARVM. SORORVM
AC. MVLTAS. ALIAS. RELIQVIAS
CARDINALIS
ANTONIVS. BARBERINVS
SVB. HOC. ALTARE. COLLOCAVIT
ANNO. DOMINI. M. DC. XXXVI
DIE. III. FEBRVARII.

## CII.

Verùm quid munificentiſſimo Principi Ædes hæc debeat, faciliùs multo oculis, quàm vllius deſcriptione, aſſequeris; iure igitur interiori ex templi parte ianuæ hæc impoſita inſcriptio.

ÆDEM. SANCTÆ. AGATHÆ
MAGNO. OLIM. GREGORIO
VENERABILEM
INCLYTIS. DE. COELO. PRODIGIIS
ILLVSTREM
NVPER. VETVSTATE
SQVALLENTEM
CARD.
ANTONIVS. BARBERINVS
IN. HANC. SPECIEM. REDEGIT
ANNO
VRBANI. VIII. PONT. MAX.
PATRVI. XII.

# INDEX
## Rerum notatu dignarum.


ABbatia S. Agathæ. 45. 75.
s. Agathæ natalis in Vrbe celebris. 56. Burgus. 44. Eccleſia, Monaſteriũ, & Diaconia. 45. 46. 47. 48. 49.
Aldobrãdinorum Villa. 36.
Altaris dedicatio. 100.
Amphitheatrũ Titi aliàs Coloſſeus. 13. 14. 15. 19. 49.
Antonius Barella. 43.
Apſis S. Agathæ collapſa. 58.
Arianorum Eccleſiæ. 57. 58. 64.
Aricinum nemus. 34.
Argiletus. 21. 22.
Aures Saburratæ. 9.
Balnea Pauli Aemilij. 44.
Baptiſta de Brunelleſchis. 76.
Barberina Bibliotheca. 42. 80. Palatium. 16.
Bartholinorum Horti. 36.
s. Benedicti & s. Scholaſticæ corpora. 78.
Bentiuolorum Palatiũ. 36.
Bibliothecarius S. R. E. 35. 96.
Burgus S. Agathæ. 44.
Cæſaris ædes in Subura. 26.
Campanæ inſcriptio. 72.
Canes Suburanæ. 20.
Canonici ſeculares in Diaconia S. Agathæ. 72.
Cardinalium Diaconiæ, & Tituli in commendam dati. 79.
Cardinales
Aloyſius Capponius. 94.
fr. Antonius Barberinus. 34.
Antonius Barberinus. 97.
Bartholomæus Martinus. 83.
Benedictus Iuſtinianus, 90.
Bernardus de Garuo. 79.
Carolus à Lotharingia. 70. 93.
Federicus Borromæus. 70. 91.
Franciſus Barberinus. 96.

*Franciſcus Gonzaga.* 83.
*Franciſcus Piſanus.* 87.
*Fuluius Corneus.* 88.
*Gabriel de Gabrielibus.* 84.
*Galeotus Tarlatus.* 81.
*Hercules Rango.* 68. 86.
*Hieronymus Matthæius.* 90.
*Ioannes Michael Sarracenus.* 88.
*Ludouicus de Barro.* 82.
*Ludouicus Podocatharus.* 68. 83.
*M. Antonius Gozadinus.* 71. 94.
*Michael Ang. Tontus.* 76
*Oderiſius ex Comitibus Marſorum.* 77.
*Oderiſius Sãgretanus.* 78.
*Ptolemæus Gallius.* 70. 89.
*Pyrrhus Gonzaga.* 69. 87.
*Tiberius Criſpus.* 87.
*Vitalis Sabellus.* 79.
*Carolus de Caſtello.* 74.
*Caſinenſis Eccleſiæ cõſecratio.* 78.
*Cathecumeni.* 35.
*Circus Floræ.* 16.
*Clemens VII. Papa.* 69.
*Clemens VII. Antipapa.* 81.
*Clerici ſeculares in Diaconia S. Agathæ.* 72. 73.
*Cliuus Scauri.* 15. *Suburanus.* 24.
*Cœmeterium S. Agathæ.* 51.
*Coloſſeus in Subura.* 13.
*Congregatio Oratorij.* 92.
in *Conſecratione Sanctæ Agathæ porcus ab Eccleſia egreditur.* 60. *Nubes ſuper eius Altare deſcendit.* 61. *Lampades diuinitùs accenduntur. ibid.*
*Conſtantinus Imp.* 36. 53.
*Corneliorum Vicus.* 39. 44.
*Creſcentius.* 68. 101.
*Cynthia in Subura.* 21.
*Decem Tabernæ.* 33.
*Diaconiæ ad quid.* 52. *Earũ perturbatur ordo. ibid.*
*Dianæ templum.* 33.
*Donatus Ferrarius.* 92.
*Eccleſiæ SS.*
*Agathæ apud Aphrici.* 52. *de Caballo.* 49. 50. *in Poſterula.* 52. *in Monaſterio Tempuli.* 52. *trãs Tiberim.* 48. 52.
*Agnetis.* 18. 88. 95.
*Anaſtaſiæ.* 89.

# INDEX.


*Andreæ in Quirinali.* 49. *de Valle.* 95.
*Angeli.* 88. 94.
*Bartholomæi in Inſula.* 88.
*Bernardini.* 37.
*Blaſij de Anulo.* 94.
*Bonoſæ.* 48.
*Caroli ad Catinarios.* 94.
*Chryſogoni.* 48. 66.
*Ciriaci in Thermis.* 78.
*Clementis.* 81. 89.
*Coſmatis & Damiani.* 48. 91.
*Duodecim Apoſtolorum.* 48. 82.
*Euſtachij.* 81. 90.
*Georgij in Velabro.* 81. 82. 90.
*Gregorij in Cliuo Scauri.* 15.
*Hadriani.* 13. 86. 88. 90.
*Laurentij in Lucina.* 88. 91. 94. *in Pane & Perna.* 13.
*Luciæ in Subura.* 13. 14.
*Marcelli.* 91.
*Marci.* 87.
*Mariæ in Aquiro.* 97. *de Ara Cæli.* 89. *in Cãpo.* 33. *in Coſinedin.* 87. 90. 93. *in Domnica.* 80. 91. *de Montibus.* 34. *de Populo.* 84. 90. *in Porticu.* 87. *de Puteo Probæ.* 33. 49. *trans Tiberim.* 88. 89. *Vallicellæ.* 92. *in Via.* 88.
*Mariæ Magdalenæ.* 49.
*Martini.* 14.
*Nicolai in Carcere.* 90. 91. 94. *de Oliueto.* 49.
*Onuphrij.* 35. 96.
*Pancratij.* 90.
*Petri ad Vincula.* 94.
*Petri & Marcellini.* 49. 86.
*Praxedis.* 85. 86.
*Priſcæ.* 91.
*Pudentianæ.* 76.
*Saluatoris in Subura.* 49. 74.
*Seuerini in Merulana.* 64.
*Stephani de Equo Marmoreo.* 49. *in Cęlio Mõte.* 88.
*Suſannæ.* 49.
*Theodori.* 87. 89.
*Thomæ Apoſtoli.* 48.
*Ticiani.* 49.
*Vitalis.* 33. 49.


*Epi-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Epirotarum hoſpitium.* 36.
*Epiſcopi*
*Acheruntinus.* 89. *Albanenſis.* 87. 88. *Argentinenſis* 93. *Caputaquēſis.* 84. *Ingaunorū.* 89. *Lycienſis.* 89. *Materanus.* 89 *Martoranus.* 89 *Mediolanen.* 92 *Meten.* 93. *Mutinen.* 87. *Oſtiēſis.* 87. 90. *Pactenſis.* 41. *Patauinus.* 87. *Peruſinus.* 88. *Portuen.* 82. 87. 88. 91. *Præneſtinus.* 88. 91. 100. *Sabinus.* 88. 89 90. 91. *Segouienſis.* 83. *Sipontinus.* 89. *Su ſſanus.* 88. *Tortonæ.* 92. *Tuſculanus.* 87. 90. *Vaſionenſis.* 80. *Veliternus.* 87. *Vrbinas.* 84.
*Epitaphia.* 39. 42.
*Farneſiorum Palatium.* 6.
*Flauius Ricimer.* 29. 57.
*Floræ Circus.* 16.
*Forum Neruæ.* 23. *Romanum.* 14. 37. *Piſcariū.* 21. *Traiani.* 14.
Gabriella de *Malliano.* 43.
Gothi *Ariani ornant Eccleſiam S. Agathæ.* 57. 58.
s. *Gregorius I. Eccleſiā S. Agathæ Deo ſacrat.* 59. *ornat, & Reliquijs ditat.* 62. *eius bona recuperari ſtudet.* 65. *Monaſteria ædificat. ibid.*
*Gregorij II. domus materna.* 66.
*Gregorius IV.* 67.
*Gregorius XIII.* 74. 76.
*Gregorius.* 68. 101.
*Horti Bartholinorum.* 36. *Iuſtiniani.* 8. *Matthæiorum.* 7.
*Hoſpitium Epirotarum.* 36.
*Humiliatorum Ordo.* 74.
*Iacobinæ ſepulcrum.* 38.
*Iacobus Volaterranus.* 83.
*Ianus Quadrifrons.* 21.
*Indulgentiæ Diaconiæ Sanctæ Agathæ.* 76.
*Inſcriptio familiaris Clem. Septimi.* 70.
*Inſcriptio Flauij Ricimeris.* 29.
*Ioannis Laſcaris Epitaphiū.* 42.
*Ioſeph Suareſius.* 80.
*Iuſtiniani Horti.* 8.
*Leo III.* 66.
*Lucas Holſtenius.* 42.

*Lupanaria.* 15.17.18.20.
*Lupariæ.* 18.
*Magiſtra Suburana.* 20.
*Martialis ædes.* 16.
*Martyrum via.* 44.
*Matthæiorum Horti.* 7.
*Monachi in Diaconia Sanctæ Agathæ.* 72.
*Monachorum profeſſio.* 100.
*Monaſteria in Sicilia conſtructa à S. Gregorio.* 65.
*Monaſterium S. Bernardini.* 37. *S. Agathæ.* 46.
*Montis Virginis Congregatio.* 71.75.
*Mortuorum Scala.* 44.
*Neophytorum Collegiũ.* 35.
*Neptuni templum.* 36.
*Nicolaus Seniorilis.* 48.
*Pagus Succuſanus.* 4.
*Palatium Barberinorũ.* 16.
*Palatium Bẽtiuolorum.* 36.
*Peruſinus Legatus.* 85.
SS. *Petri & Pauli Apoſtolorum vera effigies.* 58.
*Pila Tiburtina.* 16.24.
*Plinij domus.* 16.
*Pœnitentiarius Maior.* 35.
*Pompeius Vgonius.* 13.
*Porta Aurelia, S. Pancratij, Traiana.* 51.
*Præfatio in ſolennitate S. Agathæ.* 56.
*Probæ puteus.* 14.33.
*Regio III.* 64.
*Regio Saburrata.* 10. *Suburana.* 10. *Tabernolæ.* 13.
*Reliquiæ Sanctorum Adrias.* 67.68.99. *Agabiti.* 98. *Agathæ.* 62.98. *Agrippinæ.* 98. *Antonij.* 98. *Aquilini.* 98. *Aureæ.* 98. *Beatricis.* 92. *Benedicti.* 78. *Cornelij.* 98. *Domnandæ.* 67.68.100.101. *Fauſtinæ.* 91. *Felicis.* 98. *Heraclij.* 98. *Hippolyti.* 67.68.99. *Iuſtæ.* 98. *Iuſtinæ.* 75. *Lucinæ.* 98. *Lucij.* 98. *Mãmeliani.* 98. *Marcellini.* 91. *Marci.* 91. *Marię.* 67.68.99. *Marthę.* 62.63. *Neones.* 67.68.99. *Paulinæ.* 67.68.100.101. *Proculi.* 98. *Ruſticæ.* 98. *Saturnini.* 98. *Scholaſticæ.* 78. *Sebaſtiani.* 62.98. *Serapionis.* 98. *Seueriani.* 98. *Simplicij.* 98. *Stephani.* 62.63. *Triplinij.* 98. *Viuianæ.* 98. *Zoili.* 98.
*Saburra.* 9.19.

Sa-

*Saburrata Regio.* 10.
*Saburratus.* 9.
*Scala Mortuorum.* 44.
*Scauri cliuus.* 15.
*Scipio Silueſter.* 72.
*Septizonium Seueri.* 15.
*Serapidis templum.* 43.
*Siluani templum.* 32.
*Silueſter Papa.* 53.
*Stagnum Agrippæ.* 17.
*Stellæ Conſulis & poetæ domus in Subura.* 12. 26.
*Subura vnica R. ſcriben.* 7. *Vnde dicta.* 4. 5. *à Suburendo.* 5. *feruens, & abundans rerum venalium copia.* 25. *clamoſa.* 26.
*Suburæ initium & finis.* 13. 14. 22.
*Subura ſub antiqua Vrbe.* 12. 19. *ſub Carinis. ibid. in Vico Thuſco.* 12. *in Viminali.* 13. *inter mõtes.* 17. *in media Vrbe* 11. *verſus Tiberim.* 22. *ad Forum Neruæ.* 23. *intra Vrbis pomeriũ.* 10. *extra illud.* 11. 19.
*Subura plana* 44.
*Suburæ platea.* 14.
*Suburæ dignitas.* 28.
*Suburæ Regio igne euerſa.* 37.
*Suburana Tribus litera C. ſcribi ſolita.* 5. *alijs prior.* 27.
*Suburanæ & Sacræ viæ celebritas.* 26.
*Suburanæ canes & magiſtræ.* 20.
*Suburanus Cliuus.* 24.
*Succiſana Tribus.* 4.
*Succuſa à pago Succuſano* 4. 5.
*Succuſana Tribus.* 4.
*Succuſanus pagus.* 4. *Vicus.* 18.
*Summœnianæ vxores.* 19.
*Summœnium.* 19.
*Tabernæ decem.* 33.
*Tabernolæ Regio.* 13.
*Tacito Imperium prænunciatum in Templo Siluani.* 32.
*Templum Neptuni.* 36. *Serapidis.* 43.
*Theatrum Marcelli.* 22.
*Thermæ Conſtantini.* 36. *Olympiadis, & Agrippinę.* 13.
*Thomas Phœdrus Volaterranus.* 84.
*Tiberis inundatio.* 69.
*Tiburtina Pila.* 16.


*Ti-*

# INDEX.

*Titulorum Cardinaliũ perturbatus ordo.* 52.
*Tituli Cardinalium cõmendati.* 79.
*Tortoris domus extra Vrbẽ.* 11.
*Tortores prope Argiletum.* 22.
*Totilæ rabies erga Vrbem.* 37.
*Traiani Forum.* 14.
*Tribus Suburana.* 5. 27. *Succiſana, & Succuſana.* 4.
*Vallis Quirinalis.* 32. *Suburana.* 56.
*Via à Gregorio XIII. & Sixto V. aperta.* 37.
*Via Labicana.* 14. *Martyrũ.* 44. *Sacra.* 37.
*Vicecancellarius S.R.E.* 96.
*Vicus Corneliorum.* 39. 44. *Patricius.* 23. *Succuſanus* 18. *Thuſcus.* 21.
*Villa Aldobrãdinorum.* 36.
*Vxor Summœniana.* 19.
*Zoroaster Maſinus.* 44.

LAVS DEO

S. S. Q.

AGATHÆ ET SEBASTIANO M.M.

| Errata | | | Corrige |
|---|---|---|---|
| pag. | lin. | | |
| 9 | 12 | Lænam | Lenam |
| 58 | 16 | certæ | certè |
| 78 | 6 | nona | nonas |
| 85 | 19 | π᾽ | τ᾽ |

ROMÆ
Typis Ludouici Grignani.
M.DC.XXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AGATHAE IN SUBURA ROMAE

N. II

Th
4938